D. E. Duncan

Xmas 1902

SYNOPSIS

NOSOLOGIÆ METHODICÆ,

EXHIBENS

CLARISS. VIRORUM

SAUVAGESII, LINNÆI, VOGELII,
SAGARI, MACBRIDII, ET
CULLENI

SYSTEMATA NOSOLOGICA:

AUCTORE
GULIELMO CULLEN, M. D.

EDITIO SEPTIMA.

EDINBURGI,
VENEUNT APUD ROSS. & BLACKWOOD;
LONDINI,
APUD LONGMAN & REES.

1802.



EXCUDEBANT C. STEWART, ET SOCII,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

LECTORI.

Hic habes, lector studiose, opus magnum celeberrimi Auctoris, jam septima vice vulgatum, et uno volumine compressum. In prioribus editionibus, distributio methodica non semper obvia est, et sensus haud raro obscurus, vitia haud dubie orta ex cupiditate Bibliopolarum, quibus magis librum magnae molis edere, quam famae auctoris, vel commoditati lectoris consulere, semper cordi est. In hac, ab ipsa concinnitate et compressione typographica, dispositio methodica multo dilucidior fit, et ad usum accommodatior. In Systematis Vogelii et Sagari, observationes quasdam, quae definitiones generum onerant et obfuscant, vel diverso charactere distinxi, vel in notis collocavi; et in systemate ipsius auctoris, dispositionem, quam in versione ejus Anglica, a me nuper facta, secutus sum, ut plurimum observavi. Tabulam, denique, synopticam, Classium, Ordinum et Generum adjeci, qua systema Cullenianum, uno conspectu, facilius pateat.

Quum a Medicis fere omnibus, systema de quo agitur caeteris anteponatur, supervacaneum forte videri potest, systemata Sauvagesii aliorumque iterum in lucem trudere. Sed, ut praetermittam quae in Prolegomenis ab auctore proferuntur, bene notum est peritis, morbum, qui in uno systemate quovis ad suum genus difficilius refertur, in alio saepe facillime et certe locum proprium occupare. Maxime igitur prodest varia systemata suppeditare, a quibus auxilium petere licebit, siquando systema, quo utimur, indagationibus rite absolutis defecerit.

C. S.

Litera S. indicat genus vel speciem Sauvagesii, et ubi deest litera intitialis, species ad systema ejusdem auctoris referenda est.

PARS PRIMA.

GENERA MORBORUM

DEFINITA

AB ERUDITISSIMO

FRANCISCO BOISSIER DE SAUVAGES.

EX NOSOLOGIA METHODICA, 2 TOM 4to

AMSTEL. 1768.

SERIES

CLASSIUM ET ORDINUM.

CLASSIS I. VITIA.
ORDO I. Maculæ.
II. Efflorefcentiæ.
III. Phymata.
IV. Excrefcentiæ.
V. Cyftides.
VI. Ectopiæ.
VII. Plagæ.

CLASSIS II. FEBRES.
ORDO I. Continuæ.
II. Remittentes.
III. Intermittentes.

CLASSIS III. PHLEGMASIÆ.
ORDO I. Exanthematicæ.
II. Membranaceæ.
III. Parenchymatofæ.

CLASSIS IV. SPASMI.
ORDO I. Tonici partiales.
II. Tonici generales.
III. Clonici partiales.
IV. Clonici generales.

CLASSIS V. ANHELATIONES.
ORDO I. Spafmodicæ.
II. Oppreffivæ.

CLASSIS VI. DEBILITATES.

ORDO I. Dysæsthesiæ.
II. Anepithymiæ.
III. Dyscinesiæ.
IV. Leipopsychiæ.
V. Comata.

CLASSIS VII. DOLORES.

ORDO I. Vagi.
II. Dolores capitis.
III. Dolores pectoris.
IV. Dolores abdominales interni.
V. Dolores externi et artuum.

CLASSIS VIII. VESANIÆ.

ORDO I. Hallucinationes.
II. Morositates.
III. Deliria.
IV. Vesaniæ anomalæ.

CLASSIS IX. FLUXUS.

ORDO I. Sanguifluxus.
II. Alvifluxus.
1. *Sanguinolenti.*
2. *Non Sanguinolenti.*
III. Serifluxus.
IV. Aërifluxus.

CLASSIS X. CACHEXIÆ.

ORDO I. Macies.
II. Intumescentiæ.
III. Hydropes partiales.
IV. Tubera.
V. Impetigines.
VI. Icteritiæ.
VII. Cachexiæ anomalæ.

GENERA MORBORUM

CLASSIS I. VITIA.

CHARACTER. Symptomata cutanea levidenſia, vel mechanicis chirurgiæ auxiliis curanda.

ORDO I. MACULÆ.

Coloris nativi mutationes.

LEUCOMA. (1)
Macula opacans corneam.

VITILIGO. (2)
Macula corymboſa, ſeu ex minoribus maculis compoſita, cum depreſſione cutis.

EPHELIS. (3)
Maculae acquiſitæ, umbrinæ, glabræ, corymboſæ, faciem vel tibias, rarius partes tectas, afficientes.

GUTTA ROSEA. (4)
Maculæ faciei rubræ, guttatæ, parum prominentes, aut aſperæ, et diu permanentes.

NÆVUS. (5)
Macula congenita, quæ vulgo tribuitur vehementi cupiditati, qua mater initio graviditatis exagitata fuit, quandoque cum partis eminentia.

ECCHYMOMA. (6)
Macula nigricans, vel atro-rubra, aut liveſcens, ſucceſſu temporis flaveſcens, non congenita, nec aſpera, ſed plana, aut parum prominens, et ſubſolitaria.

ORDO

ORDO II. EFFLORESCENTIÆ.

Tumores humorales exigui gregales, vel cutis elevatio per puſtulas, papulas, phlyctænas, varos, ſimileſve aſperitates. *

HERPES. (7)
Efflorefcentia ex tumoribus exiguis, rubris, aggregatis, pruriginoſis, in ſquamas ſurfuraceas, raro cruſtaceas, abeuntibus.

EPINYCTIS. (8)
Phlyctænæ atro-rubræ, aggregatæ, trium vel quatuor linearum in diametro, tibias ut plurimum afficientes, et noctu potiſſimum acriter pungentes.

PSYDRACIA. (9)
Phymata eryſipelatoſa.

HIDROA. (10)
Exanthemata miliaria phlyctænoidea.

ORDO III. PHYMATA.

Tumores humorales, notabiles, ſolitarii.

ERYTHEMA. (11)
Tumor ſine febre, ſuperficiarius, ſolitarius, diffuſus, rubro roſeus, preſſione evaneſcens.

ŒDEMA. (12)
Tumor diffuſus, frigidus, pallidus, laxus, doloris expers.

EMPHYSEMA. (13)
Tumor diffuſus, elaſticus, preſſione crepitans, cuti concolor.

SCIRRHUS. (14)
Phyma durum, indolens, cuti concolor.

PHLEGMONE. (15)
Tumor ſpheroideus, rubore, calore, tenſione, dolore pulſatili inſignis, ſponte in ſuppurationem vergens.

BUBO. (16)
Tumor partim ſcirrhoſus, partim inflammatorius, glandulæ unius aut alterius inguinalis.

PAROTIS.

* *a.* Puſtula. Phyma parvulum apice ruptum.
b. Papula. Phyma parvulum deſquamari ſolitum.
c. Phlyctæna. Veſicula fluido ſeroſo plena.
d. Varus. Tuberculum durum conſtans.

PAROTIS. (17)
Tumor ſcirrhoſo-phlegmonodeus glandulæ parotidis dictæ in ſuppuratum lentiſſimè vergens.

FURUNCULUS. (18)
Tumor inflammatorius, cutaneus, prominens, durus, et atro-ruber, cujus centrum, cum ſuppuratus eſt, occupant fibræ craſſæ, qui in pus non colliqueſcunt.

ANTHRAX. (19)
Phyma apice gangrænoſum, ambitu inflammatum.

CANCER. (20)
Tumor durus, tuberoſus, lancinans, pertinaciſſimus.

PARONYCHIA. (21)
Phlegmone extremi digiti cum dolore perterebrante.

PHIMOSIS. (22)
Phlegmone præputii, cum hujus adducendi vel reducendi difficultate.

ORDO IV. EXCRESCENTIÆ.

Tumores a ſolidis adauctis, indolentes, lentè creſcentes, in ſuppurationem ſponte non abeuntes.

SARCOMA. (23)
Excreſcentia carnis conſiſtentiam circiter obtinens.

CONDYLOMA. (24)
Excreſcentia firma carnibus durior, oſſibus mollior.

VERRUCA. (25)
Excreſcentia cutanea prominens, condylomate minor, ſenſu deſtituta, indolens.

PTERYGIUM. (26)
Excreſcentia carnea, vel membranaceo-vaſculoſa, ad oculi canthum exorta, alam expanſam referens, et verſus corneam ſe extendens.

HORDEOLUM. (27)
Tumor durus vix ſenſu gaudens, cuti concolor, rarò rubens, in palpebrarum limbo enaſcens, ſphæricus, piſo ut plurimum minor.

BRONCHOCELE. (28)
Excreſcentia vel tumor ſcirrhoſus anticæ partis colli.

EXOSTOSIS. (29)
Tumor oſſis vel totalis vel partialis.

GIB-

GIBBOSITAS. (30)
Offium pectoris indecora prominentia a tumore, luxatione, diftortione, aut alio principio oriunda.

LORDOSIS. (31)
Offium diftortio, unde hinc protuberant, inde verò excavantur artus, ac incurvantur offa, vel a fitu deflectunt.

ORDO V. CYSTIDES.

Protuberantiæ factæ à fluidis intra membranas proprias vel alienas maximè dilatatas contentis, vel receptacula quævis diftendentibus.

ANEURISMA. (32)
Cyftis arteriofa.

VARIX. (33)
Cyftis venofa.

HYDATIS. (34)
Cyftis lymphæductuum.

MARISCA. (35)
Tumores in ani margine enati, rubri, fæpe dolentes, et cruorem fæpe fundentes, fponte dein recedere foliti.

STAPHYLOMA. (36)
Cyftis aquofa a corneæ proptofi, et dilatatione, vel ab uveæ hernia trans foramen corneæ elapfa.

LUPIA. (37)
Cyftis vel folliculus materiem pultaceam non purulentam continens.

HYDARTHRUS. (38)
Cyftis articuli aquofa.

APOSTEMA. (39)
Cyftis purulenta.

EXOMPHALUS. (40)
Cyftis umbilicalis fæpius aquofa.

OSCHEOCELE. (41)
Cyftis in fcroto.

ORDO

ORDO VI. ECTOPIÆ.

Partium ſolidarum è ſua ſede dimotio ſenſibus obvia.

Ptoſes, Celes, Pararthremata, *Græc.*
Prolapſus, Herniæ, Aberrationes, Luxationes, *Lat.*

EXOPHTHALMIA. (42)
Bulbi oculi procidentia, aucta, vel non mutata ſenſibiliter nativa ipſius magnitudine.

Magnitudo nimia, Prolapſus, Expreſſio oculi, *Lat.*
Hygrophthalmia, Elephantiaſis oculi, *Boerh.* de Morb. Ocul. pars II. cap. 5.
Exophthalmia, Hydrophthalmia, Buphthalmus ſeu Buphthalmia, Ophthalmoptoſis, Ecpieſmus *Græcorum. Mauchart*, diſſ. de Hydrophthalmia, et oculi Paracenteſi inter *Haller.* Diſput. Chir. tom. 1.
Groſſeur contre Nature, Hydropiſie, Cancer, Chute de l'oeil. *Maitre-Jan*, part II. chap. 6.; *Saint Yves*, Part. II. chap. 1.

BLEPHAROPTOSIS *Mauchartii.* (43)
Palpebræ utriuſque vel alterutrius elongatæ, retractæ, introverſæ, vel extroverſæ ectopia.

Blepharoptoſis, Lagophthalmus, Ectropium, Entropium, *Gr.*
Palpebræ ſuperioris caſus, Retractio, Palpebrarum introverſio, extroverſio, *Lat.*
Chute, relaxation de la paupiere ſuperieure, eraillement des paupieres, trichiaſe avec introverſion des tarſes. Vide *Platner*, Inſtit. Chirurg. § 577. § 584.; *Maitre-Jan*, part. III. chap. 18. 19. 20. 21.; *Saint Yves*, part. I. chap. 8. 9. 10.; *Dionis*, Dem. 6.; *Boerh.* de Morb. ocul. part. I. cap. 5., *Heiſter.* Chir. tom. 1. part. II. § 2. cap. 45. 46. 48.; *Gorter.* Chir. repurg. lib. 5. cap. 10.

HYPOSTAPHYLE. (44)
Gurgulionis ſeu uvulæ laxatæ, inflammatæ, ulceratæ, incraſſatæ, attenuatæ, bicornis, procidentia.

Staphyle, Kion, Imantium, Craſpedon, Columella bicornis, *Aretæi*, Acut. lib. I. cap. 8. de affectibus columellæ.
Uvulæ prolapſus, *Nenter.* tab. 25. cap. 8.
Uvula nimium producta, *Heiſter*, Chir. tom. 2. p. 659.
Uvulæ inflammatio, catarrhus, paralyſis, caſus, *Gorter*, Praxis Med. Syſt. p. 165.
Relachement de la luette, *Dionis*, Dem. V.

PARA-

PARAGLOSSE. (45)

Linguæ motu deglutitorio in fauces revolutæ vel ore extrusæ, exundantis, exertæ ectopia.

Linguæ extumescentia, magnitudo, inflatio, *Galen.* Method. med. libr. xiv. *Valesci de Taranta* Philon. lib. 2. c. 59.; *Marc. Donat.* Med. Histor. Mirab. lib. 3. cap. 4.

Linguæ retractio, exertio, *Gorteri.*

Glossocele *Gaubii Pathol.* § 242.; Linguæ extrusio, Idem, § 254.

Renversement de la langue dans le gosier, *Petit.* Mem. de l'Acad. des Sc. 1742.

PROPTOMA. (46)

Partis externæ, etiam ante lapsum conspicuæ, et a palpebris, bulbo oculi, lingua, ac gurgulione, diversæ procidentia.

EXANIA. (47)

Sphincteris ani, et intestini recti inversi, procidentia.

Proctocele *Pathol. Meth.* edit. 3.

Morbus pœnalis Gerhamensium, lib. Regum I. cap. 5.

Prolapsus ani *Auctorum*, ut *Plateri*, Prax. lib. ii. cap. 2. *Nenteri*, tab. 126, &c.

Chute de fondement *Dionis*, Dem. iv. p. 392.; *Arnaud* des Hernies, tom. i. cap. 28.; *Levret* obs. sur les polypes, sect. 3. p. 165.

EXOCYSTE. (48)

Membranæ tum vesicæ corpus, tum ipsius collum, interne obvestientis procidentia, per meatum urinarium facta.

Prolapsus, inversio vesicæ urinariæ *Auctorum*; *Salzmanni* diss. de Hern. vesicæ inter *Halleri* Disp. Sel. tom. iii.; *Solingen* de mulierum et infant. morb. chir. p. 741.

Renversement de la vessie urinaire, *Noel* obs.; Recherches sur la Hernie de la vessie par *Verdier*; Mem. de l'Acad. R. de Chir. tom. 2.

HYSTEROPTOSIS. (49)

Uteri vel vaginæ procidentia.

Hysteroceles nudæ *Pathol. Method.* edit. 3.

Relaxatio, prolapsus, procidentia, inversio uteri vel vaginæ *Auctorum*, ut *Heisteri* Inst. Chir. tom. 2.; *Gunzii* de Herniis, &c.

Relachement, chute, descente, renversement de la matrice ou du vagin. *Arnaud*, tom. 1. cap. 24, &c.; *Puzos* sur les maladies de la matrice; *Sabatier*, Mem. de l'Acad. R. de Chir. tom. 3.

ENTEROCELE. (50)
Hernia inteftini.

EPIPLOCELE. (51)
Hernia omenti.

GASTROCELE. (52)
Ventriculi trans laxatos, diductos, regionis epigaftricæ parietes, imo et per umbilici annulum elapfi ectopia herniofa.

Hernia ventriculi, *Fabr. Hildani* refp. ad Doring. p. 915; *Blegney* Zod. med. Gall. ann. i. Febr. Obf. 2. pag. 44; *Gunzii* libell. de hern. cap. 20. *Ign. la Chauffe* Diff. de hernia ventrali, et *Kirfchbaum* Diff. de hern. ventriculi in difp. Chir. Haller. tom. 3. Diff. 68, 69.
Hernie de l'eftomac, *La Faye* fur *Dionis*, p. 121; *Arnaud* Tr. des hernies, pref. p. 81; *Sharp* Rech. Crit. cap. i.; *Garengeot*, Mem. de l'Acad. R. de Chir. tom. 1. p. 703.

HEPATOCELE. (53)
Hepatis trans laxatos, diductos in umbilici vicinia abdominis parietes, vel per ipfum umbilicum ectopia herniofa.

Hernia hepatis, E. N. C. Dec. i. Ann. ii. et Dec. ii. Ann. vii. *Bohnii* Chir. rational. p. 230. *Gunzii* Libell. de hern. p. 4.
Hernie du foye, *Arnaud* des hern. tom. 1.

SPLENOCELE, (54)
Lienis trans laxatos, diductos abdominis in latere finiftro parietes, vel per inguinalem ejufdem lateris annulum elapfi ectopia herniofa.

Hernia lienis, *Fabr. Hildani*, epift. lv. p. 999; *Spigelii* de corp. hum. fabric. lib. 8. cap. 14; *Ruyfchii* Adverf. Anat. Dec. ii. p. 23. *Gunzii* Libell. de hern. p. 4.
Hernie de la Rate, *Arnaud* des hern. tom. 1. p. 29.

HYSTEROCELE. (55)
Uteri trans annulos inguinales, ut laxatos, diductos inferne abdominis medietatis parietes elapfi ectopia herniofa.

Hernia uteri *Sennert*. lib. 4. Med. Pract. part ii. fect. ii. cap. 17; *Doringii* epift. ad G. Fabr. Hildanum de hernia uterina, p. 893; *Graaf.* de mulier. organ. cap. 8; *Ruyfch.* Adv. Dec. ii, p. 23.
Hernie de la Matrice, *Arnaud* des hernies, tom. 1. p. 29; *Sabatier* Mem. de l'Acad. R. de Chir. tom. 3.

CYSTOCELE. (56)
Veficæ urinariæ trans annulos inguinales, fub arcubus cruralibus,

CYSTOCELE.

ralibus, et per laxatos, diductos perinæi, hypogastrii, necnon vaginæ parietes elapsæ ectopia herniosa.

Hernia cystica *quorundam*. *Platner*. Inst. Chir. *Ign. la Chausse* de hern. ventrali.

Hernia vesicæ urinariæ *Salzmanni* Diss. inter *Halleri* Disp. Chir. tom. 3. diss. 72; *Gunzii* Libell. de hern. &c.

Hernie de la vessie urinaire *Mery*. Mem. de l'Acad. R. des Sc. 1713; *Garengeot* Oper. de Chir.; *Levret* Obs. sur les Polypes; *Sharp* Rech. Crit.; *Verdier* Mem. de l'Acad R. de Chir. tom. 2.

ENCEPHALOCELE, (57)

Cerebri, cerebelli, aut utriusque, verbo Encephali, per ossium cranii non penitus ossificatorum hiatum prorumpentis, ectopia herniosa.

Hernia cerebri, *Reiselii* Eph. N. C. Dec. ii. Ann. ii. Obs. 115; *Lechelii* ibid. Obs. 158; *Treu* Comm. Litt. 1738, Hebd. 52. n. 3; *Taconi* Diss. de humano monstro Bononiæ nato: *Corvini* Diss. de hern. Cerebri, inter *Halleri*, Disp. Chir. tom. 2. diss. xlvi.

Hernie du Cerveau, *Le Dran* Obs. de Chir. Obs. 1.

HYSTEROLOXIA. (58)

Uteri, sæpius gravidi, et contra quam in hysterocele fit, abdominis claustris contenti situs in obliquum errans.

Obliquitas uteri *Rœdereri*, Elem. art. Obstetric. sect. 449—507; *Levret* Observ. sur les Accouch.

Inclinatio, reclinatio, obliquitas uteri *Deventer*, cap. 46, 57, 48; *Ruyschii*, observ. xcviii.

Inclinaison, obliquité de le matrice, *Sabatier*, Mem. de l'Acad. de Chir. tom. 3, &c.

PARORCHIDIUM. (59)

Testiculi unius, vel utriusque, cujus post nativitatem sedes naturalior scrotum est, situs in alienum aberrans.

Testiculorum serior descensus, vel retractio, *Felic. Plateri* Mantiss. Observ.; *Ambr. Paræi* lib. vii; *Thom. Bartholini* Hist. Anat.; *Morgagn.* Advers. iv; *Dionis* Oper. de Chir. Dem. iv.; *Quelmalzii* inter Halleri Disput. Anatom. tom. 5. differt. 1; *Verdier* sur la Hernie de la Vessie, Mem. de l'Acad. R. de Chir. tom. 2.

EXARTHREMA, (60)

Separatio contigui in ossium articulis diarthrosice, non vero immobiliter combinatis.

Exarthrosis, Parathrema *Græc.*

Luxatio, subluxatio, distortio, *Heister*. Inst. Chir. tom. 1; *Boerh.*

EXARTHREMA.

Boerh. Aph. Comment. tom. 1; *Gorter.* Chir. repurgat. cap. 6; *Platner.* Inſt. Chir. ſect. 1090—1213.

Luxation, entorſe, *Petit* Malad. des Os, tom. 2; *Coll de Villars* Chir. tom. 5; *de la Faye* Princ. de Chir.; *Duverney* Malad. des Os, tom. 2.

DIASTASIS, (61) *Græc.*

Oſſium, cartilaginum, immobiliter combinatorum, ſeparatio, ſeu receſſus ab invicem partialis vel totalis.

Oſſium receſſus, *Làtin; Petit.* tom. 2. cap. 8, et 13; *La Faye* Princ. de Chir. p. 474; *Duverney* tom. 2. c. 1 et 5.

LOXARTHRUS. (62)

Oſſium cum motu ſenſibili articulatorum ſitus relativus in alienum conſtanter mutatus, aut obliquitas reſpectiva perſiſtens citra exarthrema et ſpaſmum.

Perverſio capitis oſſium ac muſculorum appenſorum, *Duverney*, tom. 2. cap. 2.

Artis vari *Duverney*, tom. 2. cap. 2.

Gibboſitas ſcapularis *Auctorum.*

ORDO VII. PLAGÆ.

Solutiones continui.

VULNUS. (63)

Solutio mechanica continui in carnibus cum labiorum hiatu, initio cruenta, dein ad inflammationem ſuppurationemque tendens.

PUNCTURA. (64)

Continui ſolutio intus tantum extenſa.

EXCORIATIO. (65)

Cuticulæ vel cutis à carnibus ſubjectis ſeparatio.

CONTUSIO. (66)

Textus carnoſi, potiſſimum infra cutem, ruptio per minima puncta et vaſorum contritio, ecchymoma ſæpius inferens.

FRACTURA. (67)

Separatio violenta et mechanica oſſis in fragmenta invicem non cohærentia.

FISSURA. (68)

Separatio oſſis in duas partes rima tantum diſſitas, et alterutro ſaltem extremo cohærentes.

RUPTURA.

RUPTURA. (69)
Tendinum vel ligamentorum aut cartilaginum, ſolutio, vel vehemens diſtractio, cum vel ſine exarthremate.

AMPUTATURA, (70) *Il Lin.* G. 241.
Solutio continui in partibus tum mollibus, tum oſſeis, cum artus, articuli, vel partis totali ſeparatione a reſiduo trunco.

ULCUS. (71)
Partium mollium eroſio purulenta, cute profundior, cum pure ichoroſo vel utcunque vitioſo.

EXULCERATIO. (72)
Excoriatio ulceroſa ſuppurans.

SINUS. (73)
Cavitas ulceroſa, cujus fundus amplus, ſæpe multiplex deſinit in anguſtum orificium.

FISTULA. (74)
Cavitas ulceroſa, ſinuoſa, cujus parietes calloſi ſunt ut plurimum, aut fundus ad os carioſum, arthrocace corruptum, pertingit.

RHAGAS. (75)
Solutio continui ſicca in partium marginibus.

ESCHARA. (76)
Cruſta ſicca, mortua, fluidis ſolidiſque corporis humani coagmentata.

CARIES. (77)
Oſſis ſuo perioſteo denudati decoloratio, aſperitas, exfoliatio, et ſubſequens fragilitas ac eroſio.

ARTHROCACE. (78)
Ulcus medullæ oſſium, ſæpius in epiphyſibus, cum carie, exoſtoſi, et dolore.

CLASSIS

CLASSIS II. FEBRES.

Pulſus magnitudo et frequentia cum frigore in inſultu, fervore in decurſu, madore in declinatione, et ſemper virium proſtratione majori quam à virium vitalium gradu foret exſpectandum.

ORDO I. CONTINUÆ.

Impetus febrilis à frigore ſæpius exordiens ſine exacerbatione partiali, et ſine acceſſu, non pluries quam ſemel vel bis in menſe revertens, ad uſque finem ægritudinis perſeverat.

EPHEMERA. (79)
Decurſus ægritudinis intra dimidiam ſeptimanam abſolvitur. Vigor morbi ſubito accedit.

SYNOCHA. (80)
Decurſus intra ſeptimanam, incrementum ſucceſſivum.

SYNOCHUS, (81) Galeni.
Decurſus ad duas treſve ſeptimanas, cum pulſus robore ſanum, in morbi ſtatu ſaltem, notabiliter ſuperante.

TYPHUS, (82) Hippocratis 1. et 2. de intern. affect. Fœſii 553.
Decurſus ultra duas ſeptimanas, ſæpius tres, cum calore et urina ſanorum ſimilibus, pulſuque quoad frequentiam ſano ferè ſimili, et quoad robur non majori, artubus interea maximè proſtratis.

HECTICA, (83) Galeni et ejus Sequacium; Sydenhami, p. 524.
Decurſus ultra menſem, debilitas parva, pyrexia exigua, cum pulſu poſt paſtum frequentiori.

ORDO

ORDO II. REMITTENTES.

Pyrexia pluries in decurſu morbi creſcit et decreſcit, non omnino recedit, typus ſæpe confuſus.

AMPHIMERINA. (84)
Remiſſio quotidianæ typum ſervat. Exacerbationes cum horrore.

TRITÆOPHYA. (85)
Remiſſionis typus tertianarius, frigus ferè nullum.

TETARTOPHYA. (86)
Remiſſio quartanæ typum ſervans.

ORDO II. INTERMITTENTES.

Pyrexia pluries in decurſu ægritudinis deſerit et recurrit, cum intervallis lucidis.

QUOTIDIANA. (87)
Acceſſus ſimiles quolibet die accidunt.

TERTIANA. (88)
Acceſſus ſimiles alternis diebus revertuntur.

QUARTANA. (89)
Acceſſus ſimiles duobus interpoſitis diebus redeunt.

ERRATICA. (90)
Acceſſus ſimiles diſtantes ab invicem pluribus quam quatuor diebus, aut typi omnino incerti.

CLASSIS

CLASSIS III. PHLEGMASIÆ, *Galeni.*

Pyrexia continua vel remittens cum interna inflammatione, vel cum exanthematis.

ORDO I. EXANTHEMATICÆ.

Eruptiones cutaneæ cum pyrexia ſæpius maligna, quandoque lenta.

PESTIS. (91)
Eruptio bubonum, anthracum, pyrexia typhodes.

VARIOLA. † (92)
Eruptio puſtularum phlegmonodearum in ſuppurationem tendentium.

PEMPHIGUS. (93)
Eruptio phlyctænarum avellanæ circiter magnitudine ſero dilutè flavo turgidarum.

RUBEOLA,* (94)
Eruptio papularum in ſquamulas furfuraceas abeuntium. Præcedunt tuſſis ſicca, ſternutatio, lachrymatio, et febris catarrhalis.

MILIARIS. (95)
Eruptio phlyctænarum milii ſemini non majorum.

PURPURA. (96)
Eruptio maculoſa purpurea, livida, vel atra, indolens, cum typho vel remittente febre.

ERYSIPELAS. (97)
Eruptio erythematis cum ſynocha febre.

SCARLATINA. (98)
Eruptio maculoſa, rubra, pruriens, papuloſa, lata, parum uniformis, in ſquamulas furfuraceas abiens, ſed ſine præludio catarrhali, et ſæpe ad ſecundam tertiamve vicem ſe prodens ac recondens viciſſim.

ESSERA.

† Haly Abbatis, Jouberti, et antiquorum.

* Sic primitùs nominata a traductoribus Haly Abbatis Practicæ, lib. 3. c. 1. de Variolæ et Rubeolæ Medela.

ESSERA. (99)
Eruptio ut plurimum apyreta, ſuberyſipelatoſa, ſubito accedens per vices et recedens.

APHTHA. (100)
Eruptio puſtuloſa, phlyctænodes, et ulceroſa, in ore aut pudendis.

ORDO II. MEMBRANACEÆ.

Pyrexia magna typo ſynochæ vel ſynochi, cum dolore viſceris cujuſdam.

PHRENITIS. (101)
Dolor capitis, delirium audax, vis artuum pulſuſque major, pyrexia acuta.

PARAPHRENESIS. (102)
Symptomata phrenitidis et peripneumoniæ.

PLEURITIS. (103)
Dolor lateris, reſpiratio et pulſus frequens, tuſſis.

GASTRITIS. (104)
Dolor epigaſtrii, nauſea, vomituritio, febris typhodes, vel remittens maligna.

ENTERITIS. (105)
Dolor circa umbilicum vehemens, cum meteoriſmo, pyrexia acuta, ileo, vel dyſenteria.

EPIPLOITIS. (106)
Dolor circa hypogaſtrium, et umbilicum juxta epiploi extenſionem.

METRITIS. (107)
Dolor et tumor in regione et extenſione uteri ac lumbis et inguinibus cum febre.

CYSTITIS. (108)
Dolor, tumor, tenſio hypogaſtrii, cum dyſuria vel iſchuria.

ORDO III. PARENCHYMATOSÆ.

Dolor obtufus, calor et tumor in vifceribus farctis, non facciformibus, cum pyrexia acuta, fuppurationis apparatu.

CEPHALITIS. (109)
Febris acuta cum delirio fomnolento, et carphologia.

CYNANCHE. (110)
Dolor gutturis cum dyfpnœa ftrangulante, dyfphagia, et pyrexia acuta.

CARDITIS. (111)
Dolor fub fterno, pulfus inæqualis, frequens, palpitatio, et cardialgia, cordis anxietas.

PERIPNEUMONIA. (112)
Pyrexia acuta, dyfpnœa gravis, gravativus pectoris dolor, tuffis cruenta, pulfus mollis.

HEPATITIS, * (113)
Dolor, tenfio, calor in regione hepatis, cum pondere, tuffi ficca, refpiratione difficili.

SPLENITIS. (114)
Dolor, tumor in regione lienis, tactum vix tollerans, cum febre ut plurimum remittente.

NEPHRITIS. (115)
Dolor acutus in regione renum juxta ureteres in veficam directus, cum febre acuta, dyfuria, ifchuriave, &c.

CLASSIS

* Galeni I. Epid. Comm. 3.

CLASSIS IV. SPASMI.

Contractio invita, conſtans vel interpolata, muſculorum organis locomotivis, non vitalibus inſervientium.

ORDO I. TONICI PARTIALES.

Rigiditas et immobilitas artûs vel organi determinati.

STRABISMUS. (116)
Oculi ſpaſmus axium opticorum divergentiam inferens.

TRISMUS. (117)
Maxillæ inferioris ſpaſmus tonicus, vel clonicus.

OBSTIPITAS. (118)
Colli ſpaſmus tonicus, capitis nativam mobilitatem et directionem mutans.

CONTRACTURA. (119)
Artus cujuſdam, ut brachii, vel cruris, conſtans, diuturna, rigiditas ſenſim exorta.

CRAMPUS. (120)
Subitanea, fugax, dolorifica muſculi rigiditas.

PRIAPISMUS. (121)
Penis injucunda rigiditas.

ORDO II. TONICI GENERALES.

Rigiditas totius ferè corporis.

TETANUS. (122)
Spaſmus generalis ſubito ortus, cum dyſpnœa.

CATOCHUS. (123)
Spaſmus generalis ſenſim factus, ſine dyſpnœa.

ORDO

ORDO III. CLONICI PARTIALES.

Agitatio invita et coacta cujufdam organi, vel artûs, cujus motivum non percipitur.

NYSTAGMUS. (124)
Spafmus clonicus oculi, palpebræve.

CARPHOLOGIA. (125)
Motus velut convulfivus manuum, quo ægri floccos e veftibus evellere, paleas colligere, mufcas venari, &c. videntur.

PANDICULATIO. (126)
Diftenfio femivoluntaria plurium vel omnium fucceffivè membrorum, ut plurimum cum ofcitatione.

APOMYTTOSIS. (127)
Succeffio cutis et capitis tremula, violenta, cum expiratione fonora, quafi ftertorofa.

CONVULSIO. (128)
Agitatio invita artus vel mufculi brevis et fuperftite in paroxyfmis animæ functionum exercitio.

TREMOR. (129)
Artus alterna per itus et reditus frequentes motitatio cum movendi facultate concurrens.

PALPITATIO. (130)
Pulfatio in regione cordis pulfui arteriarum numero, minimè verò intenfitate, refpondens.

CLAUDICATIO. (131)
Inter gradiendum cruris motus, quo centrum gravitatis trunci fenfibiliter, dextrorfum vel finiftrorfum transfertur.

ORDO IV. CLONICI GENERALES.

Spafmi clonici vel totius corporis, vel ad plures partes extenfi.

RIGOR. (132)
Totius cutis fuccuffio frigorifera.

ECLAMPSIA. (133)
Artuum vel mufculorum plurimorum fpafmus clonicus acutus, cum fenfuum obfcuratione.

EPILEPSIA.

EPILEPSIA. (134)
Spaſmus clonicus, periodicus, chronicus artuum, cum ſenſuum obſcuratione.

HYSTERIA. (135)
Artuum, organorumque etiam internorum ſpaſmus clonicus, tonicuſve, paroxyſmis fugacibus leviter variantibus, cum mortis formidine intenſiſſima.

SCELOTYRBE. (136)
Motus ſemivoluntarius vel unius lateris, vel totius corporis, inter gradiendum, geſticulationem, aut ridiculam hiſtrionis feſtinationem referens.

BERIBERIA. (137)
Motus gradientium genu retrahens cum tremore, formicationis ſenſu, vocis raucedine, Indis familiaris.

CLASSIS V. ANHELATIONES.

Agitatio invita, defatigans, muſculorum pectoris, unde reſpiratio difficilis, frequens, ſine febre acuta.

ORDO I. SPASMODICÆ.

Inſultus fugaces, ſed ſæpius iterati ſpaſmodicorum motuum pectoris cum exſpiratione ſonora.

EPHIALTES (138)
Anhelatio difficilis, querula, cum inſomnio terrifico.

STERNUTATIO. (139)
Concuſſio violenta pectoris, cum exſpiratione veloci narium interiora everrente et ſonora.

OSCEDO. (140)
Diutina lenta profunda inſpiratio, ore hiante, ſæpius cum pandiculatione.

SINGULTUS. (141)
Concuſſio diaphragmatis cum inſpiratione ſubito interrupta, ſonora.

SIN-

TUSSIS. (142)
Concuſſio ſonora, violenta pectoris cum exſpiratione ad pulmonem a quodam obice liberandum.

ORDO II. OPPRESSIVÆ.

Non fugaces, ſed conſtantes reſpirandi difficultates, cum pectoris non rarò oppreſſione, frequente anhelitu, difficultate illius ſuſpendendi, ſine metu ſuffocationis.

STERTOR. (143)
Reſpiratio inter inſpirandum, ſonum gravem, tremulum, in gutture edens, ſæpe cum alterno ſibilo.

DYSPNŒA. (144)
Difficultas reſpirandi chronica, non intermittens, ſine ſignis hydrothoracis vel empyematis.

ASTHMA. (145)
Difficultas reſpirandi periodicè recurrens, chronica.

ORTHOPNŒA. (146)
Præceps ut plurimum et acuta reſpirandi difficultas.

ANGINA. (147)
Difficultas reſpirandi, cum ſenſu obicis in gutture, et ſæpe deglutitione difficili, ſine phlegmaſia.

PLEURODYNE. (148)
Pectoris, laterisve dolor pungitivus cum reſpirandi difficultate citra phlegmaſiam acutam.

RHEUMA. (149)
Difficultas reſpirandi cum ſenſu gravitatis in pectore, quam comitantur vel præcedunt coryza, ſternutatio, raucedo, &c.

HYDROTHORAX. (150)
Difficultas reſpirandi decubitu horizontali aucta, cum faciei pallore, manuum et pedum œdemate, ſymptomatis ephialticis, alterutrius brachii ſtupore et ægritudine chronica non remittente.

EMPYEMA. (151)
Symptomata hydrothoracis, prægreſſa pulmonis inflammatione ſuppurata, et comitante febre hectica.

CLASSIS

CLASSIS VI. DEBILITATES.

Impotentia clarè et diſtinctè ſentiendi, appetendi, conſueta vi artus organave movendi, necnon imaginandi, vigilandi, &c.

ORDO I. DYSÆSTHESIÆ.

Impotentia clarè ac diſtinctè ſentiendi ſine ſopore.

CATARACTA. (152)
Viſus debilitas ob maculam opacam pone pupillam.

CALIGO. (153)
Viſus debilitas obicibus opacis citra pupillam poſitis.

AMBLYOPIA. (154)
Viſus debilitas reſpective ad citum, gradum lucis, diſtantiam objecti, oculis pellucidis.

AMAUROSIS. (155)
Viſus debilitas abſoluta ſine ulla organorum opacitate inaſſueta.

ANOSMIA. (156)
Odoratus debilitas aut olfaciendi impotentia.

AGHEUSTIA. (157)
Guſtus debilitas aut guſtandi impotentia.

DYSECÆA. (158)
Auditus debilitas obicibus extra labyrinthum poſitis.

PARACUSIS. (159)
Voces articulatas diſtinctè audiendi difficultas vel impotentia.

COPHOSIS. (160)
Sonos etiam ſimplices percipiendi vel audiendi difficultas vel impotentia, obice intra vel ultra labyrinthum poſito.

ANÆSTHESIA. (161)
Tactus in toto corpore debilitas vel obſcuritas, ſine ſtupore et ſopore.

ORDO

ORDO II. ANEPITHYMIÆ.

Appetituum ſenſitivorum debilitas notabilis, vel ſuppreſſio inſolita ſine ſopore.

ANOREXIA. (162)
Appetitus eſculentorum ſuppreſſio, ſeu famis feriatio.

ADIPSIA. (163)
Appetitus potulentorum ſuppreſſio, ſeu ſitis feriatio.

ANAPHRODISIA. (164)
Appetitus venereorum, ſeu libidinis, ſuppreſſio.

ORDO III. DYSCINESIAE.

Impotentia motûs ac ſæpe ſenſûs in organis libertati ſubditis, ut lingua, larynge, artubus.

MUTITAS. (165)
Voces articulatas edendi impotentia.

APHONIA. (166)
Plenaria vocis ſuppreſſio, citra ſtuporem et ſyncopem.

PSELLISMUS. (167)
Quaſdam ſyllabas literaſve pronunciandi impotentia.

PARAPHONIA. (168)
Vocem ſolitam edendi impotentia.

PARALYSIS. (169)
Motus aut tactus, vel utriuſque in uno tantum artu debilitas.

HEMIPLEGIA. (170)
Debilitas motus aut tactus vel utriuſque in alterutro corporis latere.

PARAPLEXIA. (171)
Debilitas ſenſus et motus in dimidio corporis tranſverſim ſumpti.

ORDO

ORDO IV. LEIPOPSYCHIÆ.

Motuum, viriumque vitalium debilitas.

ASTHENIA. (172)
Totius corporis gradaria ſeu ſucceſſiva debilitas, ſenſubus integris.

LEIPOTHYMIA. (173)
Virium muſcularium totius corporis ſubitanea imminutio, pulſu ſuperſtite.

SYNCOPE. (174)
Motuum vitalium ſubitanea debilitas cum frigore, pallore, ſenſuumque obſcuratione.

ASPHYXIA. (175)
Omnium motuum et ſenſuum apparens ceſſatio, mortem ferè referens.

ORDO V. COMATA.

Senſus omnis, appetitus, motus liberi, phantaſiæ, memoriæque feriationes.

CATALEPSIS. (176)
Status ſoporoſus, cum artuum flexilitate, et ad quoſvis novos ſitus retinendos aptitudine.

ECSTASIS. (177)
Status ſoporoſus a gravi pathemate ſubito ortus, ægrum in eodem ſitu quo prehenſus eſt retinens, ſine aptitudine cataleptica.

TYPHOMANIA. (178)
Apparens ſopor cum pervigilio reali, vel ſopor levis e quo ægri facile excitantur, cum delirio comitante.

LETHARGUS. (179)
Status ſoporoſus facile excitabilis cum ſummo imaginationis et memoriæ torpore ac febre.

CATAPHORA. (180)
Status ſomnolentus facile excitabilis ſine febre, delirio, et oblivione.

CARUS. (181)
Sopor profundus ſine ſtertore.

APOPLEXIA. (182)
Sopor profundiſſimus cum ſtertore vel ſonora reſpiratione.

CLASSIS VII. DOLORES.

Cujuſvis experientia cognoſcendi, nulla definitione diſtinctè explicabiles ſunt.

ORDO I. VAGI.

Dolores et moleſtiæ vagæ ſæpius univerſales aut cutaneæ ad phlegmaſias non referendæ.

ARTHRITIS. (183)
Articulorum dolor ſpontaneus periodicus.

OSTOCOPUS. (184)
Oſſium dolor non erraticus et internus in artubus. *

RHEUMATISMUS. (185)
Dolor diuturnus in parte carnoſa artuum.

CATARRHUS. (186)
Collo vicinarum partium dolor a frigore ſuſcepto, cum tuſſi, coryza, &c.

ANXIETAS. (187)
Moleſtia quæ ad continuam loci mutationem cogit.

LASSITUDO. (188)
Moleſtia cum debilitate quæ ad quietem invitat.

STUPOR. (189)
Moleſtia quæ ſenſum tactus obſcurat.

PRURITUS. (190)
Moleſtia quæ ad ſcalpendum nos cogit.

ALGOR. (191)
Moleſtia qualis a ſummo aëris frigore excitatur.

ARDOR. (192)
Moleſtia qualis a ſummo aëris calore producitur.

ORDO

* Gorræi definitio.

ORDO II. DOLORES CAPITIS,

Scilicet vel capillitii vel faciei.

CEPHALALGIA. (193)
Gravativus capitis dolor.

CEPHALÆA. (194)
Periodicus, diuturnus, tenſivus capitis dolor.

HEMICRANIA. (195)
Dolor alterutrius lateris frontis.

OPHTHALMIA. (196)
Dolor oculi cum rubore, lucis intolerantia et lachrymatione.

OTALGIA. (197)
Dolor aurium.

ODONTALGIA. (198)
Dolor maxillarum dentiumve.

ORDO III. DOLORES PECTORIS.

Dolores cordis et œſophagi, anhelationis expertes.

DYSPHAGIA. (199)
Moleſtia deglutitionem impediens ſine notabili reſpirationis læſione.

PYROSIS. (200)
Senſus ardoris in ventriculo et œſophago ſine febre acuta.

CARDIOGMUS. (201)
Gravis pertinaxque moleſtia in præcordiis, cum ſenſu ponderis et magnæ molis pulſantis a minimo motu increſcens.

ORDO IV. DOLORES Abdominales Interni.

CARDIALGIA. (202)
Moleſtia in ſtomacho ſyncopem minitans.

GASTRODYNIA. (203)
Quicumque dolor notabilis et conſtans in regione ſtomachi, qui continua animi defectione non ſtipatur ut cardialgia, nec pyrexia ut gaſtritis.

COLICA. (204)
Dolor inteſtinorum.

HE-

HEPATALGIA. (205)
Molesta sensatio, gravativa, tensiva, aut alia quævis in regione hepatis, sine pyrexia acuta.

SPLENALGIA. (206)
Dolor aut molestia in regione lienis sine pyrexia acuta.

NEPHRALGIA.* (207)
Dolor lumbi alterutrius ureteris ductum sequens, cum nausea, testis retractione in viris, cruris stupore in fœminis, &c.

DYSTOCIA. (208)
Dolor uterinus in gravidis cum conatibus parturitionis.

HYSTERALGIA.† (209)
Dolor uteri sine nisu parturitionis.

ORDO V. DOLORES Externi et Artuum.

MASTODYNIA. (210)
Dolor mammarum.

RACHIALGIA.‡ (211)
Dolor abdominis et spinæ dorsi in brachiorum paralysin aut convulsiones desinens.

LUMBAGO. (212)
Dolor lumborum corporis erectionem impediens.

ISCHIAS. (213)
Pelvis et coxendicis dolor claudicationem sæpius inducens.

PROCTALGIA. (214)
Dolor podicis citra tenesmum.

PUDENDAGRA. (215)
Dolor genitalium citra dysuriam.

CLASSIS

* Zwingeri. † Montalti. ‡ Astrucii.

CLASSIS VIII. VESANIÆ.

Error in imaginatione, appetitu, vel judicio.

ORDO I. HALLUCINATIONES.

Errores imaginationis ſalvo intellectu ab organorum externorum vitio.

VERTIGO. (216)
Objecta licet quieſcentia e loco moveri vel in gyrum verſari nobis videntur. Ipſe æger ſibi quandoque nutare videtur.

SUFFUSIO. (217)
Objectorum, quæ non ſunt, imaginaria viſio.

DIPLOPIA. (218)
Objectum duplicatum vel multiplicatum apparet.

SYROGMOS. (219)
Auditio imaginaria ſoni, cujus nullum eſt extra aures principium.

HYPOCHONDRIASIS. (220)
Morbus diuturnus quo affectus ſe in mortis periculo verſari ex ructu, palpitatione, aliiſque levidenſibus malis, imaginatur.

SOMNAMBULISMUS. (221)
Somniantes e lecto ſurgunt, vigilantium munia exſequuntur, et ſe ſæpe diverſis periculis exponunt.

ORDO II. MOROSITATES.

Cupiditates aut averſationes depravatæ.

PICA. (222)
Alimentorum conſuetorum averſatio, cum inaſſuetorum, ſaniſque inſalubrium, appetitu.

BULIMIA. (223)
Appetitus eſculentorum copiæ majoris quam quæ digeri poſſit.

PO-

POLYDIPSIA. (224)
Appetitus majoris ſolito copiæ potulentorum.

ANTIPATHIA. (225)
Quorundam objectorum tanta averſatio ut ex eorum viſu, vel olfactu, æger gravia ſymptomata patiatur.

NOSTALGIA. (226)
Parentum patriæve tanta cupiditas, ut hac non expleta æger gravi morbo decumbat.

PANOPHOBIA. (227)
Summus pavor inter dormiendum ſine cauſa evidenti.

SATYRIASIS. (228)
Effrænis, impudenſque veneris cupiditas cum libidinoſa penis tentigine.

NYMPHOMANIA. (229)
In fœminis effræne veneris deſiderium.

TARANTISMUS. (230)
Effrænis choreas agendi, vel ſaltandi cupiditas.

HYDROPHOBIA. (231)
Effrænis potulentorum averſatio, ſæpius a morſu animalis rabidi.

ORDO III. DELIRIA.

Errores mentis judicantis.

PARAPHROSYNE. (232)
Delirium fugax, a veneno, ut altero morbo dependens.

AMENTIA. (233)
Delirium univerſale mite, ſine furore et audacia, cum morbo diuturno.

MELANCHOLIA. (234)
Delirium particulare mite, cum mœrore, ac morbo diuturno.

MANIA. (235)
Delirium univerſale cum furore, vel audacia et morbo diuturno.

DÆMONOMANIA. (236)
Delirium melancholicum, quod vulgo diaboli potentiæ tribuitur.

ORDO

ORDO IV. VESANIÆ ANOMALÆ.

Morbi prioribus affines.

AMNESIA. (237)
Omnis memoriæ feriatio.

AGRYPNIA. (238)
Pervigilium continuum immodicumve.

CLASSIS IX. FLUXUS.

Ejectio fluidorum aut contentorum, quæ quantitate, qualitate, desuetudine notabilis est.

ORDO I. SANGUIFLUXUS.

Sanguinis vel sanguinolentæ materiæ ejectio sine alvi fluxu.

HÆMORRHAGIA. (239)
Fluxus sanguinis e naribus.

HÆMOPTYSIS. (240)
Sanguinis expectoratio cum tussi sine pyrexia acuta.

STOMACACE. (241)
Fluxus sanguinis e gingivis sæpius fœtidis, putridisve.

HEMATEMESIS. (242)
Sanguinis rejectio ex œsophago cum vomitorio conatu.

HÆMATURIA. (243)
Sanguinis fluidive rubri per vias urinarias emissio.

MENORRHAGIA. (244)
Sanguinis per uterum aut vaginam fluxus vitiosus.

ABORTUS. (245)
Fœtus immaturi, sæpius cum menorrhagia ex utero, exclusio.

ORDO

ORDO II. ALVIFLUXUS.

Materierum in primis viis contentarum vitiosa per os aut anum rejectio.

* *Alvifluxus sanguinolenti.*

HEPATIRRHŒA. (246)
Alvifluxus per inferiora seroso-cruentus nec ater nec torminosus.

HÆMORRHOIS. (247)
Fluxus cruentus, ex podice, vel recto mariscis ruptis obsito.

DYSENTERIA. (248)
Frequens, torminosa, sæpe tenesmodes, fæcum cruentarum per inferiora dejectio.

MELÆNA. (249)
Fluidi atri per superiora, vel inferiora, frequens rejectio.

* * *Alvifluxus non sanguinolenti.*

NAUSEA. (250)
Inanis vomendi conatus, et flatus tantum per os emissio; affinis est aëri fluxibus.

VOMITUS. (251)
Palpabilium materierum, non cruentarum, facta per os, œsophagumque rejectio frequens.

ILEUS. (252)
Atrox circa epigastrium dolor, seu gastrodynia, alvi constipatio, et fæculentæ demùm materiæ vomitio.

CHOLERA. (253)
Vomitio biliosa aut acris assidua et diarrhœa violenta cum dolore abdominis, virium prostratione, et non raro surarum crampis.

DIARRHOEA. (254)
Excrementitiorum humorum frequens, vel intempestiva, dejectio.

COELIACA. (255)
Albescentium, aut chilacearum materierum dejectio.

LIENTERIA. (256)
Celeris statim a pastu facta ingestorum, vix mutatorum, dejectio.

TE-

TENESMUS. (257)
Muci pauci frequens dejectio cum intensa dejiciendi cupiditate, et assiduo conatu.

ORDO III. SERIFLUXUS.

Fluxus quivis nec cruentus nec alvinus.

EPHIDROSIS.* (258)
Sudoris quantitate, qualitate, intempestivitate peccantis, effluxus.

EPIPHORA. (259)
Vitiosus ex oculis humoris lachrymalis, sebacei, vel purulenti effluxus.

CORYZA.† (260)
Humoris serosi, mucosive e naribus effluxus sine ozæna, sæpius cum gravedine.

PTYALISMUS. (261)
Salivæ vel muci sine expectoratione ac vomitione ex ore effluxus, aut emissio.

ANACATHARSIS.‡ (262)
Muci, lymphæ, vel cujuscumque humoris facta cum tussi expectoratio constans et notabilis.

DIABETES. (263)
Subito post pastum potulentorum, cum magna siti per urinæ vias, emissio.

ENURESIS. (264)
Involuntaria, doloris et ardoris expers, mictio.

DYSURIA. (265)
Difficilis et dolorifica, sæpius ardens, urinæ emissio.

PYURIA. (266)
Purulentæ, albescentis, aut viscido-mucosæ materiei mictio.

LEUCORRHŒA.|| (267)
Seroso-flavæ, vel puriformis materiæ ex utero delapsus.

* Hippocratis.
† Hippocr. Gorræi, Def. Med.
‡ Hippocr. Galen. in Aph. 8. lib. 5.
|| Castell. Lex. Bonet Anat. Pr. lib. 3.

GONORRHŒA. (268)
Stillicidium fluidi ſeminalis ex urethra, aut ex vagina.

DYSPERMATISMUS.* (269)
Seminis in actu venereo ſtillatitia, tarda, impedita, et ad generationem inſufficiens, emiſſio.

GALACTIRRHOEA. (270)
Stillicidium lactis ex mammis.

OTORRHOEA.† (271)
Fluxus ex auris cavo, ambitu, aut parte poſtica.

ORDO IV. AERIFLUXUS.

Flatus, halituſve vitioſa emiſſio.

FLATULENTIA. (272)
Flatuum ex primis viis per ſuperiora aut inferiora frequens rejectio borborygmis ſtipata.

ÆDOPSOPHIA (273)
Flatuum per urethram, vaginam, vel uterum, emiſſio.

DYSODIA. (274)
Miaſmatum fœtidorum exhalatio.

CLASSIS

* D. Cuſſon. † Linn. gen.

CLASSIS X. CACHEXIÆ.

Coloris, figuræ, molis in corporis habitu depravatio.

ORDO I. MACIES.

Corporis partium mollium extenuatio.

TABES. (275)
Macies cum amphimerina lenta ſine tuſſi.

PHTHISIS, (276) *Græc.*
Corporis emaciatio cum amphimerina lenta, tuſſi, dyſpnœa, et ut plurimum puris ſputo.

ATROPHIA. (277)
Macies ſine febre.

ARIDURA.* (278)
Macies unius tantum partis.

ORDO II. INTUMESCENTIÆ.

Deformitas a volumine adaucto.

POLYSARCIA. (279)
Intumeſcentia univerſalis ab adipe moleſta et corporis agilitatem minuens.

PNEUMATOSIS. (280)
Elaſtica et flatulenta cutis intumeſcentia.

ANASARCA. (281)
Cutis totius intumeſcentia, mollis, pallida, non elaſtica.

PHLEGMATIA. (282)
Artuum inferiorum turgeſcentia mollis, non elaſtica, cuti concolor, indolens.

PHYSCONIA. (283)
Intumeſcentia abdominis a partibus ſolidis ſine gravitate et fluctuatione.

GRA-

* Etmulleri.

GRAVIDITAS. (284)
Intumefcentia abdominis ab hypogaftrio incipiens, opus generationis fubfequens et partu terminanda.

ORDO III. HYDROPES PARTIALES.

Tumores majores fed non univerfales, a fluido intra cavum capitis, abdominis, uteri, vel veficæ contento.

HYDROCEPHALUS. (285)
Tumor capitis, facie fæpius excepta, mollis aut elafticus, a fluidi intra ipfum congeftione.

PHYSOCEPHALUS. (286)
Tumor totius capitis tenfus elafticus fub digito crepitans.

HYDRORACHITIS. * (287)
Tumor cyfticus fero turgidus ex hiatu vertebrarum lumbarium in recens natis protuberans cum anæfthefia.

ASCITES. (288)
Hydrops totius abdominis a fluido non elaftico, feu gravis et fluctuofus.

HYDROMETRA. (289)
Hypogaftrii in mulieribus fucceffive crefcens tumor, uteri figuram referens, preffioni cedens, fluctuanfve, ab ifchuria et graviditate diverfus.

PHYSOMETRA. (290)
Conftans, permanenfque tumor levis, elafticus, uteri figuram et fedem referens, in mulierum hypogaftrio.

TYMPANITES. (291)
Hydrops totius abdominis a flatu, feu elafticus et levis.

METEORISMUS. (292)
Inflatio flatulenta, vel epigaftrii, vel in morbo acuto ipfius abdominis.

ISCHURIA. (293)
Tumor hypogaftrii ex urinæ retentione, fæpius intra veficam.

Species

* Morgagni.

ISCHURIA.

Species ſunt,

a. Iſchuriæ renales.

1. Iſchuria (*nephritica,*) a renum inflammatione. *Schacht.* Inſtitut. med. pract. lib. viii. c. 1 et 8. *Gort.* Syſt. prax. med. de Iſchur. *Fabric. Hildan.* de Lithot. c. 4. *Leal a Fonte*, conſ. 59. *Bonet.* Sepulchr. lib. iii. ſect. 24. obſ. iv. § 3. *Schenck.* lib. iii. de Iſchur. falſ. cap. 4 et. 5. *Etmuller* coll. p. 994.

2. ——— (*nephrolithica,*) a renum calculo. *Schacht.* lib. citat. cap. 2 et 8. *Gort.* lib. citat. de morb. renum. *Car. Piſon* de morb. a colluv. ſeroſ. *Schenck.* de Iſchur. *Bonet.* Sepulchr. de urin. ſuppreſſ. et Medic. ſeptentrional. de Iſchur. Edinb. Eſſ. ii, 31.

3. ——— (*nephroplethorica,*) renalis a plethora. *River.* Cent. i. obſ. 1 et 89. *Etmull. Schacht.* loco citat. *Gaub.* Pathol. de vit. mict. *Ludwig.* Inſtit. med. clin. *Seb. Naſii* Specul. method. med. p. 167.

4. ——— (*lunatica,*) renalis lunatica. *Tulp.* obſ. med. lib. ii. cap. 49.

5. ——— (*nephroſpaſtica,*) renalis ſpaſmodica. *Schacht. Gort.* lib. citat. *Sydenh.* Differt. epiſt. tom. 1. *Raulin* des malad. vapor. Mem. de l'Acad. R. des Sc. ann. 1715.

6. ——— (*nephrelmintica,*) renalis verminoſa. *Gort.* lib. citat. *Gaub.* Pathol. de vit. mict.

7. ——— (*nephrothromboides,*) renalis a ſanguine congrumato. *Mercat.* de morb. intern. cur. cap. 12. *Etmull.* de læſ. urin. ſecret. p. 314. *Fernel.* Pathol. lib. vi. cap. 13. *Gort. Gaub.* loc. citat.

8. ——— (*nephropyica,*) a renum purulentia. *Schenck.* lib. iii. de ren. tumorib. *Gort. Gaub.* loc. citat. *Bonet.* Sepulchr. de urin. ſuppreſſ. *Sal. Diverſ.* de affect. particularib. cap. 14.

9. ——— (*nephrophlegmatica,*) renalis pituitoſa ſeu mucoſa. *Sal. Diverſ.* loc. citat. *Graſii* Ephem. natur. cur. ann. iii. obſ. 212. *Schacht. Gort. Gaub. Mercat.* loc. citat. *Varand.* de ren. affect. *Bonet.* Sepulchr. de Iſchur. obſ. iv, v.

10. ——— (*nephroplegica,*) renalis paralytodea. *Sal. Diverſ. Mercat.* loc. citat. *Horſt.* tom. ii. lib. iv. obſ. 49. *Marcel. Donat.* Hiſtor. med. mirab. lib. iv. cap. 28. *Barthol.* Cent. iv. epiſt. 18, 38, 39. *Hoechſtet.* Obſ. Dec. v. caſ. 20. *Claud.* Chaptal. pract. Monſpel.

ISCHURIA.

11. Iſchuria (*ſuppleta,*) renalis ab alia evacuatione ſuppleta.
a. A diarrhœa et ſudore, *Marcell. Donat.* Hiſt. med. mirab. lib. iv. cap. 27. *Schenck.* lib. iii. de diabete, obſ. 9.
b. Ab otorrhagia, *Sennert.* ex plat. pract. lib. iii. part. 8. ſect. 2. cap. 9.
c. A perſpiratione, *Vandermond.* Journ. de med. tom. iv.
d. A ſudore, *Vandermond.* Journ. de med. tom. x.

b. Iſchuriæ uretericæ.

12. ——— (*ureteritica,*) ureteritica inflammatoria. *Sal. Diverſ.* loc. citat. *Ludwig.* Inſtit. clin. *Gaub.* Pathol. de vit. mict. *Schacht.* Inſtit. pract. de Iſchur. ſpur.

13. ——— (*ureterolithica,*) Iſchuria ureterica calculoſa. *Tulp.* Obſ. med. lib. ii. cap. 45. *Monro* Eſſais d'Edinb. tom. iv. art. 68. *Bonet.* Sepulchr. lib. iii. de urin. ſuppreſſ. *Schenck.* lib. iii. de ureterib. *Sal. Diverſ.* loc. citat.

14. ——— *uretro-thromboides,* Iſchuria ureterica, a ſanguinis grumo. *Sal. Diverſ. Schacht. Gaub.* loc. cit. *Bonet.* Sepulchr. de urin. ſuppreſſ. obſ. i.

15. ——— (*uretro-phlegmatica,*) ureterica a pituita. *Gort.* Prax. med. ſyſt. *Schacht. Sal. Diverſ.* loc. cit. *Bonet.* Sepulchr. de urin. ſuppreſſ. *Sebaſt. Naſ.* Spec. meth. med. loc. citat. *Epiphan. Ferdinand.* hiſt. 97.

16. ——— (*uretoropyica*) ureterica purulenta. *Gort.* lib. cit. de ureter. morb. *Schacht. Sal.* loc. cit.

17. ——— (*ureteroſtomatica*) ab orificii ureterum inferioris clauſura, *Theod. Eller.* Miſcell. Berolin. tom. iv. pag. 381. *Verdier* ex Noel. Mem. de l'Acad. de Chirurg. tom. ii. obſ. 17. *Lieutaud.* Mem. de l'Acad. R. des Sc. ann. 1753. *Franc. Sylv. Deleboe,* Prax. med. lib. ii. *Saltzmann.* obſ. anat. p. 62.

c. Iſchuriæ veſicales.

18. ——— *cyſtitica,* a veſicæ inflammatione. *Schacht.* Inſtit. practic. Mem. de l'Acad. R. des Sc. ann. 1704, 1753. *Boneti* Sepulchr. lib. iii. de urin. ſuppreſſ. *Foreſt.* lib. xxv. obſ. 27, 28. *Zacuti Luſitani* ex *Galeno,* Hiſt. med. princ. l. ii. hiſt. 150.

ISCHURIA.

19. Iſchuria (*cyſtolithica*) a veſicæ calculo. *Tulpii* obſerv. med. lib. iv. cap. 37. Eſſais d'Edinbourg, tom. iv. *Foreſti* lib. xxv. obſ. 23. *Fabric. Hildani*, Cent. iii. obſ. 67. *Car. Piſonis* de morb. a colluv. ſeroſ. *Boneti* Sepulchr. de urin. ſuppreſſ. obſ. x, &c.

20. ——— (*cyſtoſpaſtica*) a ſphincteris veſicæ ſpaſmo. *Mercati* de morb. intern. cur. lib. iv. cap. 22. *Sebaſ. Naſii* Specul. method. med. part. ii. p. 267. *Nenteri* de Iſchur. *Schachtii*, *Gorterii*, *Gaubii*, *Varendæi*, loc. citat.

21. ——— (*cyſtoplegica*) a veſicæ paralyſi. *Lieutaud*. Compend. medic. de Iſchur. *Zacut. Luſitan.* ex *Galeno* Hiſt. princ. hiſt. 140. *Mangeti* Biblioth. medic. pract. tom. iv. *Serane* Theſ. pro Reg. Cathedr. *Hollerii* de morb. intern. cap. 47. *Amat. Luſitan.* Cent. iv. cur. 10. *Pringle* Eſſais d'Edinbourg, tom. i, artic. 32. Lond. Med. Obſ. i, 10.

22. ——— (*polyurica*) a veſica lotio diutius cohibito diſtenta. *Halleri* Prælect. in *Boerhaave*, tom. ii. § 384. p. 336. *Foreſt.* lib. xxv. obſ. 14. *Nenter* de Iſchuria. *Paræi* lib. xvi. cap. 48. *Sennert.* Pract. lib. iii. part. viii. ſect. 1. cap. 4. *Etmulleri*, *Riverii*, *Varandæi* de Iſchur. &c.

23. ——— (*cyſtopyica*) veſicalis purulenta, *Felic. Plateri Mantiſ.* obſ. 29. *Camerar.* Ephem. natur. curioſ. tom. ii. *Zacuti Luſitani* ex *Galeno*, Hiſt. medic. princip. hiſt. 148. *Hollerii* de morb. intern. c. 47. *Sebaſt. Naſii* Specul. method. med. pag. xi, p. 167. *Andre* des maladies de l'urethre, obſ. 16. *Vandermonde* Journ. de med. tom. ix.

24. ——— (*cyſtothromboides*) veſiculis a ſanguinis grumo, *Claudini* conſult. 141. *Fabric. Hildani* Cent. iii. obſ. 66. *Foreſti* lib. xxv. obſ. 20. *Zacuti Luſitani* ex *Galeno* Hiſt. med. princip. hiſt. 145. et ejuſdem Prax. med. admirab. lib. ii, cap. 65. *Mercati* de morb. intern. cur. cap. 12.

25. ——— (*cyſtophlegmatica*) veſicalis a muco. *Mercati* loc. citat. *Schacht.* Inſtit. medic. pract. lib. viii, cap. 9. *Etmulleri* de Iſchur. veſicat. *Amati Luſitani*, Cent. vi, cur. 12. *Zacuti Luſitani*, Prax. med. admirab. lib. ii, obſ. 64. *Boneti* ex *Thom. Barbolin.* de urin. ſuppreſſ. obſ. 17.

26.

ISCHURIA.

26. Iſchuria (*ectopocyſtica*) a veſicæ ectopia.

a. Hernioſa, ſeu a cyſtocele, *Verdier* Mem. de l'Acad. de Chirurg. tom. ii, obſ. 4, 6, 9, 10, 14. *Felic. Plater.* obſ. p. 830.

b. Proptoica, ſeu ab exocyſte, *Verdier* ex Noel. lib. citat. obſ. 17.

27. ——— (*cyſtoproctica*) veſicalis ab inteſtino recto, ſcybalis, calculo, flatibus, inflammatione, abſceſſu, hæmorrhoidibus turgente. *Dodonæi* Obſ. medic. cap. 47. *Schenck.* lib. iii, de Iſchur. obſ. 6. *Wepferi* Diſſ. de Apopl. p. 391. *Vandermonde* Journ. de med. tom. ix. p. 261. *Boneti* Sepulchret. de urin. ſuppreſſ. obſerv. 18, ſect. 4. *Schacht. Gaubii*, loc. citat.

28. ——— (*hyſterocyſtica*) veſicalis ab utero.

a. Gravido, *Nordman.* Diſſ. de Iſchur. gravidar. *Mauriceau*, lib. i, cap. 15. *Roderici a Caſtro*, lib. ii. cap. 15.

b. Parturiente, *Boneti* ex *Riolani* de urin. ſuppreſſ. *Vandermonde* ex *Daran.* Journ. de med. tom. v.

c. Hydropico, *Hippocrat.* de morb. mulier. lib. 12. *Sennerti* Pract. lib. iv, part. i, ſect. ii, c. x, xi. *Schenck.* lib. iv, de mol. falſ. *Schachtii*, *Gaubii*, loc. citat.

d. Tumoribus diſtento, *Gaubii*, *Schachtii*, loc. cit. *Sennerti* ibidem, ac ſupra, cap. xiii. *Knoeffelii*, E. N. C. ann. iv.

e. Prociduo, *Nordmann.* Diſſert. citata. *Sabatier* Mem. de l'Acad. de Chirurg. tom. iii. *Sennerti* ibid. ac ſupra, cap. xvi.

29. ——— (*atretarum*) urethrocyſtica a menſtruis in vagina retentis. *Amyand* Tranſact. philoſ. ann. 1732, num. 442, art. 8, p. 45. *Schenck.* lib. iv, de part. genit. mulier. obſ. 9. *Heiſter.* Chirurg. tom. ii, p. 951. *Aſtruc.* de morb. mulier. tom. i, lib. i, cap. 5.

30. ——— (*paradoxa*,) *Morgagni* Epiſtol. *Le Clerc.* Journ. de med. Juill. 1755. p. 11.

d. Iſchuriæ urethrales.

31. ——— (*perinæalis*) urethralis a perinæi tumore. *Galen.* lib. de affect. loc. et ex eo *Zacuti Luſitan.* Hiſt. 149. *Vandermonde* ex *Daran.* Journ. de med. tom. v, p. 291. *Tulp.* Obſerv. med. lib. iii, cap. 10. *Foreſt.* lib. xxvi, obſ. 2.

32.

ISCHURIA.

32. Iſchuria (*urethrolithica*) a calculo urethræ impacto. *Schmid.* Eph. nat. cur. decad. i, ann. viii, obſ. 89. *Winckler.* ibid. tom. vi, obſ. 34. *Zacut. Luſitan.* Prax. med. admirab. lib. ii, obſerv. 66, 67, 68. *Tulp.* Obſer. med. lib. iii, c. 8. *Bonet.* Sepulchr. de urin. ſuppreſſ. obſerv. 14. *Barthol.* cent. iv, epiſt. 5. *Heiſter.* Chirurg. tom. ii, p. 839.

33. ——— (*urethrophlegmatica*) a muco urethram infarciente. *Bonet.* Sepulchr. et medic. ſeptent. *Manget.* Biblioth. medic. pract. *Amat. Luſitan.* cent. v, obſ. 71. *Foreſt.* lib. xxv, obſ. 25. *Varand.* de Iſchur. *Lud. Apin.* Eph. nat. cur. dec. iii, ann. iii, obſ. 69.

34. ——— (*urethrothromboides*) a ſanguinis grumo urethram opplente. *Bonet.* Medic. ſeptentrion. de Iſchur. et Sepulchr. de urin. ſuppreſ. obſerv. xi. *Foreſt.* lib. xxv, obſ. 25.

35. ——— (*urethropyica*) a pure urethram obſtruente. *Bonet.* Med. ſeptentr. de Iſchur. *Foreſt.* Scholio modo citat. *Boerhaave* Præfat.

36. ——— (*urethrohymenodes*) a membrana in urethram impacta. Hiſt. de l'Acad. R. des Sc. ann. 1714, hiſt. p. 22.

37. ——— (*urethrelmintica*) urethralis verminoſa. *Jo. Petr. Albreicht.* Vide *Bonet.* Medicinam ſeptentrionalem de urin. cap. 31, et *Manget* Biblioth. med. pract. tom. iv, de morb. urin. ſpectant. *Vandermonde* Journ. de med. Septembre 1758, p. 245. *Joan. Rhodii* Centur. iii, obſ. 36. Collect. Acad. tom. iii, p. 497, obſ. 77.

38. ——— (*urethritica*) ab urethræ inflammatione. *Hildan.* Cent. iv, obſ. 54. *Foreſt.* de incert. urin. judiciis, lib. iii, cap. 3. verſus finem. *Varand.* de affectib. ren. et veſic. cap. 7. *Bonet.* Medic. ſeptentr. de Iſchuria, cap. 1, num. 5. *Goulard.* de malad. de l'urethre. *Heiſter.* Chirurg. tom. ii, p. 838. Lond. Med. Obſ. vi, 24.

39. ——— (*carunculoſa*) a morbis, ut vocant, urethræ. *Amat. Luſitan.* cent. iv, cur. 19. cent. v, cur. 48. *Sharp* Recherches critic. cap. 4. *Goulard.* des Malad. de l'urethre. *Heiſter.* Chirurg. tom. ii, p. 834. *Andre* des maladies de l'urethre, paſſim.

ISCHURIA.

40. Iſchuria (*hydrocelodes*) ab urethræ ruptura in ſcrotum hiante. *Joan. Lud. Apin.* Miſcell. nat. cur. decad. iii, ann. iii, obſ. 68.

41. ——— (*cryptopyica*) a penis intra corpus retractione, *Fred. Hoffm.* Conſult. de morb. abdom. caſ. 105.

42. ——— (*peridesſmica*) a vinculo ſtrictiori peni injecto. *Bonet.* med. ſeptentr. de Iſchuria, cap. 1, num. 8.

43. ——— (*phimoſica*) urethralis a phimoſi. *Horſt.* tom. ii, lib. iv, p. 274. *Goulard.* de malad. de l'urethre. *Heiſt.* Chirurg. tom. ii, p. 818. *Bonet.* Sepulchr. de Iſchur. obſ. 15.

44. ——— (*aſpadialis*) ab urethræ clauſura. *Heiſter.* Chirurg. tom. ii, p. 818 et 951. *Horſt.* tom. ii, obſ. 55. *Joan. Wieri* obſ. p. 221. *Bonet.* Sepulchr. de urin. ſuppreſ. obſ. xv, ſchol. et med. ſeptentr. de Iſchur. cap. 2. ſect. 6.

ORDO IV. TUBERA.

Tumores partium ſolidarum, non hydropici.

RACHITIS. (294)
Deformitas ex articulorum tumore duro, carnium marcore, capitis mole, cum ingenio præcoci, in puerulis.

SCROPHULA. * (295)
Tumor ſchirrhoſus glandulorum colli, meſenteriique, cum labiis et naſo craſſioribus.

CARCINOMA. (296)
Ulcera cancroſa cum doloribus lancinantibus.

LEONTIASIS. (297)
Papillæ ſetaceæ vel corniculatæ cutim exaſperantes.

MALIS. (298)
Tumores ſæpius purulenti, vel ulcera, cum inſectis vermiformibus, paſſim enata.

FRAMBÆSIA. (299)
Excreſcentiæ fungoſæ, mori inſtar granuloſæ ſæpius cum ulceribus, &c.

ORDO

* J. Allen. Synopſis.

ORDO V. IMPETIGINES.

Morbi chronici ſæpius contagioſi, qui cutis excreſcentias, tumores gregales, exulcerationes, cruſtas, &c. inducunt.

SYPHILIS. (300)
Poſt impurum concubitum ulcuſcula, porri, bubones, fici primo ut plurimum in genitalibus, prægreſſa non raro gonorrhœa, dein puſtulæ cruſtoſæ, dolores nocturni, exoſtoſes, caries, &c. in cæteris partibus.

SCORBUTUS. (301)
Stomacace cum maculis lividis, flavis, purpuro-violaceis, potiſſimum tibiarum.

ELEPHANTIASIS. (302)
Facies deformis tuberibus calloſis, ozæna, raucedo, cutis elephantina craſſa unctuoſa, in extremis artubus anæſthefia.

LEPRA. (303)
Tubercula calloſa, ſcabie majora, vel cruſtis et ſquamis diffuſa, herpetica, per cutem diſperſa, prurigino ſa.

SCABIES. (304)
Puſtulæ cruſtoſæ, lentis magnitudine, pruriginoſæ manus potiſſimum obſidentes.

TINEA. (305)
Cruſtæ flavæ vel griſeæ, ulceroſæ, per caput diſperſæ.

ORDO VI. ICTERITIÆ.

Totius cutis color inaſſuetus, ſine pyrexia acuta.

AURIGO. (306)
Oculorum et cutis flavedo ad auream vel aurantiam vergens.

MELASICTERUS. (307)
Cutis color niger, vel atro-lividus, atro-fuliginoſus.

PHOENIGMUS. (308)
Rubor diffuſus, vel maculoſus, ſine pyrexia.

CHLOROSIS. * (309)
Pallor, vel fuſcus color cutis, oculis minime flavis, ſæpius cum pica.

ORDO

* Sennerti, qui falſo nomen Hippocrati tribuit.

ORDO VII. CACHEXIÆ ANOMALÆ.

Signa classeos et affinitas cum prioribus ordinibus.

PHTHIRIASIS. (310)
Exortus pediculorum vel insectorum pediculis affinium ex diversis corporis partibus, quas prorigine, ulcusculisque defœdant, aut puncturis, pruritu discruciant.

TRICHOMA. * (311)
Capilli invicem complicati, agglutinati in globos inextricabiles, sæpius cum phthiriasi.

ALOPECIA. (312)
Capillorum lapsus cum cuticulæ desquamatione.

ELCOSIS. (313)
Numerosa vel ampla ulcera chronica, cariosa, fœtida, cum pyrexia lenta.

GANGRÆNA. (314)
Initio mors partis, dein ejus putrida dissolutio.

NECROSIS. (315)
Partis mors, sine tumore prævio, deinde vero exsiccatio, induratio, nigredo.

* Jachii.

PARS

PARS SECUNDA.

GENERA MORBORUM

DEFINITA

AB ILLUSTRI

CAROLO A. LINNÉ,

EQUITE AURATO, ARCHIATRO, ETC. ETC.

UPSALIÆ—M DCC LXIII.

CLAVIS CLASSIUM.

MORBI.

Febriles (e ſanguine in medullam.)			
		EXANTHEMATICI	I.
		CRITICI	II.
		PHLOGISTICI	III.
Temperati			
Nervini			
	Senſationis	DOLOROSI	IV.
	Judicii	MENTALES	V.
	Motus	QUIETALES	VI.
		MOTORII	VII.
Fluidi ſecretionis			
		SUPPRESSORII	VIII.
		EVACUATORII	IX.
Solidi			
	Interni	DEFORMES	X.
	Externi	VITIA	XI.

EX-

EXANTHEMATICI	Febris cum efflorefcentia cutis maculata.
CRITICI	Febris cum Urinæ hypoftafi lateritia.
PHLOGISTICI	Febris cum Pulfu duro, Dolore topico.
DOLOROSI	Doloris fenfatio.
MENTALES	Judicii alienatio.
QUIETALES	Motus abolitio.
MOTORII	Motus involuntarius.
SUPPRESSORII	Meatuum impeditio.
EVACUATORII	Fluidorum evacuatio.
DEFORMES	Solidorum facies mutata.
VITIA	Externa palpabilia.

SYMPTOMATA fe habent ad Morbum, ut Folia et Fulcra ad Plantam.

FEBRIS dignofcitur Pulfu citato.

CLASSIS

CLASSIS I. EXANTHEMATICI.

ORDO I. CONTAGIOSI.

MORTA. (1)
Phlyctænæ (274) aliquot in Abdomine five Artubus, magnitudine avellanæ.
Febris Diaria (11) malignissima, funeſtiſſima.

PESTIS. (2)
Anthraces (273) feu Bubones (272) gangrænofi (234).
Febris Synocha (12) acutiſſima, funeſtiſſima, Vertigo (74), Anxietas (89), Lipyria.

VARIOLA. (3)
Puſtulæ (275) eryſipelaceæ, ſuppurantes, eſcharoticæ (281), deciduæ, cicatriſantes (318).
Febris Synochus (13), Cephalalgia (40), Lumbago (62).

RUBEOLA. (4)
Papulæ (276) uniformes, rubræ, evaneſcenti-furfuraceæ.
Febris Synocha (12), Sternutatio (154), Epiphora (173) Tuſſis (155) ſicca.

PETECHIA. (5)
Sudamina (322) livido-lurida, ſuperficialia, inſenſibilia.
Febris exacerbans (23), Aſthenia (92), Agrypnia (130).

SIPHYLIS. (6)
Nodi (263) Ulcuſcula, Myrmeciæ (280).
Febris Lenta (14) nocturna, dolore oſtocopo (61), Marcore (209), Stranguria (197), Angina (46).

ORDO II. SPORADICI.

MILIARIA. (7)
Papulæ (276) rotundæ, immerſæ, diverſicolores, confertæ, intacta facie, pruriginoſæ.
Febris ſynocha (12), ſudore (208), fœtido, punctorio.

UREDO.

UREDO. (8)
Sudamina (322) inæqualia, ruberrima, dilatabilia, pruriginoſa, fugacia, recidivantia, furfuraceo-evaneſcentia.
Febris Hectica (24) benigna brevis.

APHTHA. (9)
Eſcharæ (281) albidæ, rotundæ, ductibus excretoriis internis innatæ.
Febris Lenta (14) obſcura, cum Somnolentia (96).

ORDO III. SOLITARII.

ERYSIPELAS. (10)
Macula rubens, urens, preſſione diſſimulanda, tumidiuſcula, ſuperficialis, dilatabilis, deſquamatione finienda.
Febris ſynocha (12), initio acuta, cum inquietudine.

Protypus Exanthematicorum Eryſipelas (10) eſt.
Dyſenteria (192) ad Contagioſos referreretur, modo Scabies interna in oculos caderet.
Malignitatis ſymptomata imprimis ſunt: Lipothymia (93), Delirium (65), Vertigo (74), Oblivio (107), Anæſthesia (118), Lipyria, Carpologia (135), Anhelatio (157), Aphonia (115), Aglutitio (164).

CLASSIS II. CRITICI.

ORDO I. CONTINENTES.

DIARIA. (11)
Febris terminanda intra ſeptimanam dimidiam.

SYNOCHA. (12)
Febris terminanda intra ſeptimanam unicam.

SYNOCHUS. (13)
Febris terminanda intra ſeptimanas duas vel tres.

LENTA. (14)
Febris protrahenda ultra ſeptimanas tres.

ORDO II. INTERMITTENTES.

QUOTIDIANA. (15)
Febris paroxyſmi ſimiles nyčthemeris ſingulis.

TERTIANA. (16)
Febris paroxyſmi ſimiles nyčthemeris alternis.

QUARTANA. (17)
Febris paroxyſmi ſimiles nyčthemeris tertiis.

DUPLICANA. (18)
Febris paroxyſmi ſimiles alternati.

ERRANA. (19)
Febris paroxyſmi diſſimiles omnes.

ORDO III. EXACERBANTES.

AMPHIMERINA. (20)
Febris continens (14) cum Quotidiana (15).

TRITÆUS. (21)
Febris continens (14) cum Tertiana (16).

TETARTOPHIA. (22)
Febris continens (14) cum Quartana (17).

HEMITRITÆA. (23)
Febris Tritæus (21) cum Amphimerina (20).

HECTICA. (24)
Febris Lenta (14) cum Duplicana (18).

Protypus Criticorum Tertiana (16) fit, aut potius Rhe - matiſmus (62).
Apyria eſt deflagratio febris.
Phthiſis (209) poſſet poſt Hecticam (24) collocari, ſi ordo naturalis admitteret et expectoratio.
Lethargus (98) cum Febricula his affinis eſt.

CLASSIS

CLASSIS III. PHLOGISTICI.

ORDO I. MEMBRANACEI.

PHRENITIS. (25)
Inflammatio (232) Meningum.
Febris fynocha (12), Cephalalgia (40), Furor (68), Anxietas (89), Syringmos (72), Ophthalmia (43), Carpologia (135), Oblivio (107).

PARAPHRENESIS. (26)
Inflammatio (232) Diaphragmatis.
Febr. Peripneumonia (34), Phrenitis (25).

PLEURITIS. (27)
Inflammatio (232) Pleuræ.
Febr. Synocha (12), Dyfpnœa (160), Tuffis (155), Hæmoptyfis (180), Pleuritica (53).

GASTRITIS. (28)
Inflammatio (232) Ventriculi.
Febr. Amphimerina (20), Lipyria, Anxietas (89), Vomitus (184) ingeftorum, Cardialgia (48).

ENTERITIS. (29)
Inflammatio (232) Inteftini.
Febr. cum evacuatione abdominis, colica (50) atroci, tenfiva, calente.

PROCTITIS. (30)
Inflammatio (232) Ani.
Febr. Proctica (59) cum Tenefmo (194).

CYSTITIS. (31)
Inflammatio (232) Veficæ.
Febr. Dolor Hypogaftrii cum tumore inflammatorio, Dyfuria (57), Tenefmo (194).

ORDO

ORDO II. PARENCHYMATICI.

SPHACELISMUS. (32)
Inflammatio (232) Encephali.
Febr. Synochus (13), Delirium (65), Carpologia (135), Afthenia (92), Immobilitas, Anæfthefia (118,) Aphonia (115).

CYNANCHE. (33)
Inflammatio (232) Faucis.
Febr. Synocha (12), Tuffis (155), Aglutitio (164), Orthopnœa (162), Angina (46), Suffocatio (158), Linguæ intumefcentia.

PERIPNEUMONIA. (34)
Inflammatio (232) Pulmonis.
Febr. Synocha (13), Tuffis (155), Hæmoptyfis (180), Dyfpnœa (160), Interfcapulii dolor, Cubatus fupinus.

HEPATITIS. (35)
Inflammatio (232) Jecinoris.
Febr. Amphimerina (20), Tuffis (155) ficca, Afthma (161), Singultus (153), Hypochondrii dextri tenfio calens.

SPLENITIS. (36)
Inflammatio (232) Lienis.
Febr. Tetartophia (22), Refpiratio interfecta (149), Hypochondrii finiftri tumor pulfatorius.

NEPHRITIS. (37)
Inflammatio (232) Renis.
Febr. fynochus (13) irregularis, Naufea (183), Singultus (153), Ructus (182), Urinæ varietas, Obftipatio (166), Lumbago (62) urens, Femoris ftupor (105).

HYSTERITIS. (38)
Inflammatio (232) Uteri.
Febr. Delirium (65), Spafmus (121), Sardiafis (125), Dolor hypogaftrii tumorque calens.

ORDO III. MUSCULOSI.

PHLEGMONE. (39)
Inflammatio (232) Partis Externæ.
Febris ex partis externæ tumore pulfatorio, Rubore tenfivo, calente.

Lipyria dum externa frigent, interna fervent.
Protypus Phlogifticorum Phlegmone (39) eft.
Delirium (65) quafi primus gradus Phrenitidis eft.

CLASSIS

CLASSIS IV. DOLORES.

ORDO I. INTRINSECI.

CEPHALALGIA. (40)
Capitis totius aut portionis dolor gravativus.

HEMICRANIA. (41)
Capitis lateralis dolor tenſivus.

GRAVEDO. (42)
Frontis dolor preſſorius.

OPHTHALMIA. (43)
Oculi dolor.

OTALGIA. (44)
Auris dolor.

ODONTALGIA. (45)
Dentis dolor maxillaris.

ANGINA. (46)
Faucis dolor cum ſuffocatione (158).

SODA. (47)
Oeſophagi dolor rancido-deurens, Ructibus (182) calidis.

CARDIALGIA. (48)
Cordiæ dolor ſcrobiculi ſubſyncopalis (94).

GASTRICA. (49)
Ventriculi dolor epigaſtrii.

COLICA. (50)
Inteſtini dolor umbilicalis cum torminibus (123).

HEPATICA. (51)
Jecinoris dolor hypochondrii dextri.

SPLENICA. (52)
Lienis dolor hypochondrii ſiniſtri, ſuſpiria (150).

PLEURITICA. (53)
Thoracis dolor lateralis punctorius.

PNEUMONICA. (54)
Pulmonis dolor cum Orthopnœa (162), Tuſſi (155), Hæmoptyſi (180).

HY-

HYSTERALGIA. (55)
Uteri dolor.

NEPHRITICA. (56)
Renis dolor.

DYSURIA. (57)
Veficæ dolor.

PUDENDAGRA. (58)
Genitalis dolor.

PROCTICA. (59)
Ani dolor.

ORDO II. EXTRINSECI.

ARTHRITIS. (60)
Geniculorum dolor periodicus ;
a Synovia corrupta.

OSTOCOPUS. (61)
Articulorum dolor internus fixus ;
a Pyrioftio infecto.

RHEUMATISMUS. (62)
Mufculorum dolor ad motum ;
a Tunica cellulofa infecta.

VOLATICA. (63)
Vaforum dolor migrans.

PRURITUS. (64)
Cutis titillatio occulta, Scalpendi neceffitatem inducens.

Raphania (145) dolore intenfio his affinis : ob Spafmos vero et Convulfiones fequentibus.

CLASSIS

CLASSIS V. MENTALES.

ORDO I. IDEALES.

DELIRIUM. (65)
Infania acuta, tranfitoria, fymptomatica cum febre.

PARAPHROSYNE. (66)
Infania acuta, periodica, fine febre.

AMENTIA. (67)
Infania chronica, univerfalis, innocua.

MANIA. (68)
Infania chronica, univerfalis, furibunda.

DÆMONIA. (69)
Infania chronica, partialis, furibunda, meticulofa, de Dæmonibus.

VESANIA. (70)
Infania chronica, partialis, tranquilla.

MELANCHOLIA. (71)
Infania chronica, partialis, mœfta, meditabunda.

ORDO II. IMAGINARII.

SYRINGMOS. (72)
Perceptio Soni tinnitantis falfi.

PHANTASMA. (73)
Perceptio Vifibilis objecti falfi.

VERTIGO. (74)
Perceptio circumgyrationis falfæ.

PANOPHOBIA. (75)
Imaginatio mali falfi in folitudine.

HYPOCHONDRIASIS. (76)
Imaginatio fati lethalis e levi malo, Borborygmi (123), Ructus (182) acidi, Palpitationes (132), Præcordia tremula, Perfuafio.

SOMNAMBULISMUS. (77)
Imaginatio fomniantis fortior, qua motus voluntarii excitantur.

ORDO

ORDO III. PATHETICI.

CITTA. (78)
Defiderium non Efculenti ingerendi.

BULIMIA. (79)
Defiderium Cibi inexplebile.

POLYDIPSIA. (80)
Defiderium Potus continuum.

SATYRIASIS. (81)
Defiderium Veneris enorme.

EROTOMANIA. (82)
Defiderium Amantium pudicum.

NOSTALGIA. (83)
Defiderium Patriæ Affiniumve.

TARANTISMUS. (84)
Defiderium Choreæ (fæpe a morfuro infecti.)

RABIES. (85)
Defiderium Mordendi lacerandique innocuos (fæpe a Morfura Mammalis.)

HYDROPHOBIA. (86)
Averfatio Potulentorum cum Rigore (141) et Sardiafi (125); (fæpius præcedenti maritata.)

CACOSITIA. (87)
Averfatio Cibi cum horrore.

ANTIPATHIA. (88)
Averfatio objecti particularis.

ANXIETAS. (89)
Averfatio mundanarum rerum.
(Cordis dolor.)

CLASSIS VI. QUIETALES.

ORDO I. DEFECTIVI.

LASSITUDO. (90)
Debilitas conſtans muſculorum ponderoſa, quietem inducens.

LANGUOR. (91)
Debilitas ſucceſſiva virium vitalium, non reparanda quiete et cibatione.

ASTHENIA. (92)
Debilitas ſucceſſiva virium omnium.

LIPOTHYMIA. (93)
Defectio motus ſenſuſque ſubita; ſuperſtite Pulſu Menteque.

SYNCOPE. (94)
Lapſus virium vitalium ſubitaneus; abolitis Pulſu, Reſpiratione, Senſu, Calore.

ASPHIXIA. (95)
Lapſus virium animalium vitaliumque perſiſtens.

ORDO II. SOPOROSI.

SOMNOLENTIA. (96)
Sopor vigiliis protractior.

TYPHOMANIA. (97)
Sopor apparens cum Agrypnia (130).

LETHARGUS. (98)
Somnolentia conſtans, levis, febrilis, Delirio (65) oblivioſo.

CATAPHORA. (99)
Sopor conſtans allocutione evigilans.

CARUS. (100)
Sopor conſtans cum inſenſibilitate, reſpirationeque tacita.

APOPLEXIA. (101)
Sopor conſtans cum inſenſibilitate, reſpirationeque ſtertoroſa (156).

PARAPLEGIA. (102)
Sopor conſtans partium ſub thorace.

HEMIPLEGIA. (103)
Sopor conſtans lateris alterius.

PARALYSIS. (104)
Sopor conſtans partis alicujus.

STUPOR. (105)
Sopor tranſitorius partis alicujus cum ſenſu formicationis.

ORDO III. PRIVATIVI.

MOROSIS. (106)
Imaginationis defectus.

OBLIVIO. (107)
Memoriæ defectus.

AMBLYOPIA. (108)
Viſus obſcuritas ſine vitio ſenſibili.

CATARACTA. (109)
Viſus privatio cum vitio obſervabili.

AMAUROSIS. (110)
Viſus privatio ſine vitio ſenſibili, pupilla dilatata.

SCOTOMIA. (111)
Viſus Lypothymia (93) momentanea.

COPHOSIS. (112)
Auditus defectus.

ANOSMIA. (113)
Olfactus defectus.

AGEUSTIA. (114)
Guſtus defectus.

APHONIA. (115)
Loquelæ privatio.

ANOREXIA. (116)
Famis defectus.

ADIPSIA. (117)
Sitis defectus.

ANÆSTHESIA. (118)
Tactus ſenſationis defectus.

ATECNIA. (119)
Libidinis defectus.

ATONIA. (120)
Fibrarum Muſcularium contractionis defectus.

CLASSIS

CLASSIS VII. MOTORII.

ORDO I. SPASTICI.

SPASMUS. (121)
Artus diſtentio violenta, ſubitanea, fugax.

PRIAPISMUS. (122)
Penis ſpaſtica intumeſcentia.

BORBORYGMUS. (123)
Inteſtinorum contractio boans.

TRISMOS. (124)
Mandibularum clauſura arcta.

SARDIASIS. (125)
Oris retractio riſum mentiens, fugax.

HYSTERIA. (126)
Præcordiorum preſſio ſub pectore, cum flatulentia (165), Suffocatione (158), Anxietate (89), Palpitatione (132), verticis preſſione.

TETANUS. (127)
Corporis rigiditas cum ſenſibilitate.

CATOCHUS. (128)
Corporis rigiditas cum inſenſibilitate.

CATALEPSIS. (129)
Corporis totius recepta forma, conſtans, flexilis, cum inſenſibilitate.

AGRYPNIA. (130)
Senſorii rigiditas ſpaſtica, continua (Pervigilium).

ORDO II. AGITATORII.

TREMOR. (131)
Partium agitatio continua, chronica, abſque frigoris ſenſu.

PALPITATIO. (132)
Cordis Viſcerisve motus ſubſultorius.

OR-

ORGASMUS. (133)
Arteriarum ſubſultus.

SUBSULTUS. (134)
Tendinum ſubſultoria elevatio.

CARPOLOGIA. (135)
Digitorum tremula contractio inſcia.

STRIDOR. (136)
Manducatio ſonora, vacua.

HIPPOS. (137)
Palpebrarum nictitatio frequentiſſima.

PSELLISMUS. (138)
Loquelæ titubatio in quibuſdam literis.

CHOREA. (139)
Lateris agitatio tremula, continua, inordinata.

BERIBERI. (140)
Partium tremor (131), Genuum contractura (300), Stupor (105), Raucedo (146).

RIGOR. (141)
Partium vibratio periodica, cum frigoris intercutanei ſenſu.

CONVULSIO. (142)
Partium agitatio violenta, periodica, cum ſenſibilitate.

EPILEPSIA. (143)
Corporis agitatio periodica, chronica, cum inſenſibilitate.

HIERANOSOS. (144)
Corporis agitatio continua, indolens, convulſiva, cum ſenſibilitate.

RAPHANIA. (145)
Articulorum contractio ſpaſtica, cum Agitatione convulſiva, Dolore violentiſſimo, periodico.

CLASSIS VIII. SUPPRESSORII.

ORDO I. SUFFOCATORII.

RAUCEDO. (146)
Vocis ſibilans elocutio ab areſcentia pneumatica.

VOCIFERATIO. (147)
Vocis doloroſa exaltataque exclamatio.
Ad corpus indurandum.

RISUS. (148)
Expiratio profunda, agitatoria, cum Sardiaſi (125).
Ad Sanguinem e Corde expellendum.

FLETUS. (149)
Inſpiratio interſecta, ſingultuoſa, cita, ſuſpirioſa, cum mœſtitia, gemitu, lacrymis (173).
Ad ſanguinem intra pulmones inglutiendum.

SUSPIRIUM. (150)
Inſpiratio profunda, agitatoria, lenta.
Ad ſanguinem e pulmonibus expellendum.

OSCITATIO. (151)
Inſpiratio tarda, adaucta, hians, ſpaſmodica.
Ad ſanguinem propellendum per pectus.

PANDICULATIO. (152)
Inſpiratio profunda, preſſoria, cum extenſione corporis artuumque.
Ad ſanguinem per vaſorum anaſtomoſes propellendum.

SINGULTUS. (153)
Inſpiratio celer, convulſiva, momentanea, iterata, ſonora.
Ad Cardiam evacuandam.

STERNUTATIO. (154)
Expiratio ſonora, convulſiva, celer, inſpirationi lentæ ſuccedens.
Ad ſinum Frontis evacuandum.

TUSSIS.

TUSSIS. (155)
Expiratio ſonora, convulſiva, periodica.
Ad trachæam evacuandam.

STERTOR. (156)
Reſpiratio ſonora, rauca, narium agitatione.
Ad mucum faucium ſubigendum.

ANHELATIO. (157)
Reſpiratio citatiſſima, profunda, levis, fugax.
Ad ſanguinem per pulmones accelerandum.

SUFFOCATIO. (158)
Reſpiratio anguſtatione faucium continua, ſine ſebre.
A tracheæ anguſtatione.

EMPYEMA. (159)
Reſpiratio gravis cum fluctuatione in cavo thoracis, poſt febrim.
A pure in càvum thoracis effuſo.

DYSPNŒA. (160)
Reſpiratio anheloſa (157), laborioſa, ſine ſenſu anguſtationis faucium.
A pulmonum ſubſtantia oppilata.

ASTHMA. (161)
Reſpiratio ſtertoroſa (156), laborioſa, difficilis, chronica.
A Bronchiis oppilatis.

ORTHOPNŒA. (162)
Reſpiratio ſuſpirioſa (150), ſuffocatoria (158), acuta, ſubitanea.
A ſanguinis per pulmones difficili tranſitu.

EPHIALTES. (163)
Reſpiratio profunda, ſuffocans (158), dormientis in dorſo cum ſomnio laborioſo.
Ab Inteſtinorum inflatione premente.

ORDO II. CONSTRICTORII.

AGLUTITIO. (164)
Deglutitio impedita.

FLATULENTIA. (165)
Ructus (182) Crepituſque (195) impeditus, cum abdominis intumeſcentia.

OB-

OBSTIPATIO. (166)
Fœcum exoneratio impedita.

ISCHURIA. (167)
Mictus impeditus.

DYSMENORRHŒA. (168)
Menſtrua ſuppreſſa ſ. dolorifica.

DYSLOCHIA. (169)
Lochiorum ſuppreſſio.

AGLACTATIO. (170)
Lactis defectus.

STERILITAS. (171)
Geniture ſuppreſſio.

CLASSIS IX. EVACUATORII.

ORDO I. CAPITIS.

OTORRHOEA. (172)
Auris purulentus fluxus.

EPIPHORA. (173)
Oculi lacrymalis fluxus continuus.

HÆMORRHAGIA. (174)
Naris ſanguineus fluxus.

CORYZA. (175)
Naris mucoſus fluxus, copioſus, continuus.

STOMACACE. (176)
Oris ſanguinea e gingivis cruentatio.

PTYALISMUS. (177)
Oris ſalivalis e glandulis copioſiſſimus effluxus.

ORDO

ORDO II. THORACIS.

SCREATUS. (178)
Faucis muci ſonora evacuatio.

EXPECTORATIO. (179)
Pulmonis ſeroſa e trachea evacuatio.

HÆMOPTYSIS. (180)
Pulmonis ſanguinea cum tuſſi evacuatio.

VOMICA. (181)
Pulmonis purulenta, copioſa, improviſa evacuatio.

ORDO III. ABDOMINIS.

RUCTUS. (182)
Rejectio Flatuum frequens.

NAUSEA. (183)
Rejectionis Cibi Flatuumque conatus inanis.

VOMITUS. (184)
Rejectio ingeſtorum convulſiva.

HÆMATEMESIS. (185)
Vomitus (184) ſanguinis.

ILIACA. (186)
Vomitus (184) cum Obſtipatione (166) fixa, et Colica (50).

CHOLERA. (187)
Vomitus (184) cum Diarrhœa (188), Colica (50).

DIARRHOEA. (188)
Dejectio Fœcum liquidarum frequens.

LIENTERIA. (189)
Diarrhœa (188) Cibi immutati.

COELIACA. (190)
Diarrhœa (188) Chymi.

CHOLIRICA. (191)
Diarrhœa (188) rubella, abſque Colica.

DYSENTERIA. (192)
Diarrhœa (188) cruenta, cum Colica (50), Teneſmo (194).

HÆ-

HÆMORRHOIS. (193)
Dejectio sanguinis cum Proctica (59), absque colica.

TENESMUS. (194)
Dejectio Muci frequens, parca, cum desiderio.

CREPITUS. (195)
Dejectio Flatuum copiosa, crebra.

ORDO IV. GENITALIUM.

ENURESIS. (196)
Urinæ stillicidium involuntarium, indolens.

STRANGURIA. (197)
Urinæ parca, guttata, frequens, dolorosa micturitio.

DIABETES. (198)
Urinæ copiosissimæ frequens micturitio.

HÆMATURIA. (199)
Urinæ cruentæ micturitio.

GLUS. (200)
Urinæ viscosæ micturitio.

GONORRHOEA. (201)
Genituræ stillicidium.

LEUCORRHOEA. (202)
Muci e sinu muliebri effluxus.

MENORRHAGIA. (203)
Menstruatio copiosa, inordinata.

PARTURITIO. (204)
Fœtus maturi enixus laboriosissimus.

ABORTUS. (205)
Fœtus præmatura ejectio.

MOLA. (206)
Massæ carneæ, intus cysticosæ, ex utero ejectio.

ORDO V. CORPORIS EXTERNI.

GALACTIA. (207)
Lactis effluxus.

SUDOR. (208)
Seri per poros copiosa, frequens sudatio.

CLASSIS X. DEFORMES.

ORDO I. EMACIANTES.

PHTHISIS. (209)
Marcor cum Hectica (24), Tussi (155), Dyspnœa (160), Expectoratione (179) purulenta, copiosa.

TABES. (210)
Marcor cum Hectica (24), absque Expectoratione.

ATROPHIA. (211)
Marcor cum Atonia (120), absque Expectoratione et Hectica.

MARASMUS. (212)
Marcor cum Aridura (227), absque Atonia, Expectoratione, Hectica.

RACHITIS. (213)
Marcor carnium tumentibus artuum Geniculis Capiteque; ossibusque sæpe flexilibus.

ORDO II. TUMIDOSI.

POLYSARCIA. (214)
Corporis pinguedinosa intumescentia.

LEUCOPHLEGMATIA. (215)
Corporis emphysematosa (229) intumescentia.

ANASARCA. (216)
Corporis œdematosa (230) intumescentia.

HYDROCEPHALUS. (117)
Capitis œdematosa (230) intumescentia, hiantibus suturis cranii.

ASCITES. (118)
Abdominis œdematosa (330) intumescentia.

HYPOSARCA. (219)
Abdominis nodosa intumescentia.

TYM-

TYMPANITES. (220)
Abdominis flatulenta (165) intumefcentia, conftans, fonora.

GRAVIDITAS. (221)
Abdominis a fœtu intumefcentia nimia.

ORDO III. DECOLORES.

CACHEXIA. (222)
Pallor corporis œdematofus (230), cum debilitate, mœrore.

CHLOROSIS. (223)
Viridi-cinereus color faciei fœmineæ cum Citta (78).

SCORBUTUS. (224)
Opacitas faciei cum Anorexia (116), Laffitudine (90) matutina, Stomacace (176), Labario (310).

ICTERUS. (225)
Flavedo corporis cum urina luteo-tinctoria, fœcibus albidis (Obftipatio Bilis).

PLETHORA. (226)
Rubedo corporis a diftentis vafis fanguineis, cum Dyfpnœa (160).

HYDROPIS nomine veniunt Anafarca (216), Afcites (218), Hypofarca (219), Hydrocephalus (217), Oedema (230), et Tympanites (220).

CLASSIS XI. VITIA.

ORDO I. HUMORALIA.

ARIDURA. (227)
Pars exſucca, emarcida, exantlatis humoribus, indolens.

DIGITIUM. (228)
Articuli exſiccatio friabilis occulta.
Digiti marcor Dolore periodico intenſiſſimo.

EMPHYSEMA. (229)
Flatus intra tunicam celluloſam Partis.
Tumore elaſticus, concolor, ſubdiaphanus, indolens.

OEDEMA. (230)
Lympha ſtagnans intra tunicam celluloſam, Partis.
Tumor digito premente foveolam admittens, concolor, veſpertinus, indolens, Partis.

SUGILLATIO. (231)
Cruor effuſus in tunicam celluloſam.
Tumor obſoletus, latus, luridus.

INFLAMMATIO. (232)
Sanguis obſtructus in vaſis.
Tumor tenſus, calidus, ruber, pulſans, dolens.

ABSCESSUS. (233)
Inflammatio ſuppurata, in Pus collecta.
Tumor mollis, æqualis, pruriens.

GANGRÆNA. (234)
Inflammatio f. Suppuratio ſuffocata, mortua ſerpens in tunica celluloſa.
Cutis livens, molliuſcula, putris cum veſiculis ſub epidermide, ſerpente vitio, margine ſubinflammato, ſubardente.

SPHACELUS. (235)
Gangræna (234) omnium ſolidorum partis.
Mortificatio putrida ad oſſa penetrans, indolens, properans.

ORDO II. DIALYTICA.

(Solutiones Continui.)

FRACTURA. (236)
Offis folutio citra fubftantiæ diffolutionem.

LUXATURA. (237)
Geniculi folutio citra fubftantiæ diffolutionem.

RUPTURA. (238)
Tendinis folutio citra fubftantiæ diffolutionem.

CONTUSURA. (239)
Fibrarum folutio citra fubftantiæ diffolutionem.

PROFUSIO. (240)
Sanguinis effluxus copiofus e fubftantiæ diffolutione.

VULNUS. (241)
Subftantiæ diffolutio partis mollis, hians, cruenta.

AMPUTATURA. (242)
Vulnus detruncatione partis totalis factum.

LACERATURA. (243)
Vulnus Fibrarum Cutifque laceratione factum.

PUNCTURA. (244)
Vulnus tendinis punctione factum.

MORSURA. (245)
Vulnus punctum armis animalium venenatis.

COMBUSTURA. (246)
Vulnus igne factum, inducta Efchara (281).

EXCORIATURA. (247)
Cutis remota a Carnibus vivis.

INTERTRIGO. (248)
Cuticulæ erofio madens dolenfque.

RHAGAS. (249)
Fiffura Cutis arida.

ORDO III. EXULCERATIONES.

(Suppurationes apertæ.)

ULCUS. (250)
Vulnus fuppuratum partis carnofæ.

CACOETHES. (251)
Ulcus fuperficiale ferpens, manans, perenne.

NOMA. (252)
Ulcus carnes integumentaque depafcens, cicatricem inducens.

CARCINOMA. (253)
Ulcus fchirri (284) fuppurati.
Ulcus putridum, ferpens, vafis tumidis radicatum, periodicè dolens.

OZENA. (254)
Ulcus intra antrum Highmori.
Ulcus ocultum e Naribus fœtens.

FISTULA. (255)
Ulcus cortice callofo vaginatum.
Ulcus finuofo penetrans, intus cortice obtectum, ore anguftatum.

CARIES. (256)
Ulcus Offis feparato perioftio.
Ulcus connivens, cum raris punctionibus indolens, fanie paffim nigra fe prodens.

ARTHROCACE. (257)
Ulcus Medullæ cum offis Carie (256).
Ulcus malignum, tumens, dolore oftocopo (61).

COCYTA. (258)
Animalculum venenatum intra partem receptum.
Partis ftigma dolore furiofo.

PARONYCHIA. (259)
Serum corruptum fub tendinibus perioftioque.
Partis rubor dolentiffimus, os deftruens.

PERNIO. (260)
Partis uftio Gelu facta.
Pars albo-cærulefcens, tempeftatibus recrudefcens, fæpe exulcerans.

PRES-

PRESSURA. (261)
Digiti inflammatio (232) a frigore, in caſum unguis tendens.
Inflammatio digiti circum ungues in ſuppurationem vergens.

ARCTURA. (262)
Unguis curvatura lateralis cutem ſecans.
Inflammatio digiti cum ulceratione laterali unguis.

ORDO IV. SCABIES.

* *Multiplicativa.*

LEPRA. (263)
Puſtulæ (275), Eſchara (281) ſicca colorata, cum Nodis immerſis mobilibus indolentibus fuſcis Rhagadibuſque (249).

TINEA. (264)
Puſtulæ (275) Capillitii ſiccæ, eſchara (281) albo-flaveſcente, Piliſque abbreviatis erectis bulboſa-radicatis.

ACHOR. (265)
Puſtulæ (275) exulcerantes, manantes communi pinguedinoſo.

PSORA. (266)
Puſtulæ (275), ichoroſæ, eſcharoticæ (281), noctu imprimis pruriginoſæ (64).

LIPPITUDO. (267)
Puſtulæ (275) excoriantes Palpebrarum margines.

SERPIGO. (268)
Puſtulæ (275) ſiccæ, obſoletæ, ſerpentes, ſubfarinaceo-deſquamantes.

HERPES. (269)
Puſtulæ (275) eſcharoticæ (281), baſi communi eryſipelacea (10).

VARUS. (270)
Puſtulæ (275) Glandularum ſebacearum rubræ diſperſæ, chronicæ.

BACCHIA. (271)
Vari (270) faciei cum nodis maculiſque coloratis chronicis.

** * Simplex.*

** * Simplex.*

BUBO. (272)
Glandula conglomerata inflammata, in ſuppurationem tendens.

ANTHRAX. (273)
Glandula ſubcutanea inflammata, in ſuppurationem malignam vergens.
Tumor rotundus, eriſipelaceus (10), immerſus, dolentiſſimus, ſuppurandus apice acuto, puſtula puriſera.

PHLYCTÆNA. (274)
Veſicula feroſa, diſtenta, pellucida, baſi inflammata, rupta dolens.

PUSTULA. (275)
Veſicula purulenta, turgens, dehiſcens pure.

PAPULA. (276)
Tuberculum farctum, coloratum, inflammatum, vix ſuppurandum.

HORDEOLUM. (277)
Tuberculum cyſticoſum, ovatum, in limbo palpebrarum, ſuppurans ſæpius apice.

VERRUCA. (278)
Papilla nervea intumeſcens, indurata.
Papula durior, ſcabra, ſicca, indolens.

CLAVUS. (279)
Verruca (278) calloſa, in Tendinibus radicata, baſi ſenſibilis.

MYRMECIUM. (280)
Verruca (278) madida, mollis, denudata.

ESCHARA. (281)
Cruſta mortua, ab humoribus extravaſatis coagmentata, decidua.

ORDO V. TUMORES Protuberantes.

ANEURISMA. (282)
Arteriæ dilatatio.
Tumor mollis, pulſans, concolor, rotundatus.

VARIX.

VARIX. (283)
Venæ dilatatio.
Tumor mollis, quiefcens, concolor, rotundatus.

SCIRRHUS. (284)
Glandula indurata.
Nodus durus, afper, concolor, indolens, rotundatus, preffione infenfilis.

STRUMA. (285)
Glandula infarcta.
Nodus indolens, folidiufculus, preffione obtufe fentiens.

ATHEROMA. (286)
Tumor tunicatus, rotundatus, mobilis, molliufculus, indolens, abfque cyftide.

ANCHYLOSIS. (287)
Tumor geniculorum, ligamenti capfulæque tenfione expreffa fynovia.
Tumor ad genicula, mollis, pulpofus, concolor.

GANGLION. (288)
Tumor tendinibus innatus, ovatus, mobilis, pulpofus, indolens.

NATTA. (289)
Tumor tunicatus, mufculis irradicatus, eminens, pulpofus, indolens.

SPINOLA. (290)
Tumor fupra vertebras lumborum mollis, exiguus, Vertebrarum proceffibus dehifcentibus.

EXOSTOSIS. (291)
Tumor durus ex offe prominente enatus.

ORDO VI. PROCIDENTIÆ.

HERNIA. (292)
Inteftini obtecti ultra propriam fedem protrufio.

PROLAPSUS. (293)
Vifcus nudum relaxatum, elongato propendens ultra proprium locum.

CONDYLOMA. (294)
Tunica interior relaxata gibba.

SARCOMA. (295)
Caro nuda enata e vivo vulnere.

PTERYGIUM. (296)
Cuticula excrefcens e cantho oculi, fuperficiem ejus obtegens.

ECTROPIUM. (297)
Palpebra inferior refupinato-inverfa.

PHIMOSIS. (298)
Præputii intumefcentia inflammata, glandem denudans incarceranfve.

CLITORISMUS. (299)
Clitoridis intumefcentia extra finum pudoris.

ORDO VII. DEFORMATIONES.

CONTRACTURA. (300)
Geniculorum fixatio rigida.

GIBBER. (301)
Thoracis dilatatio prominens.

LORDOSIS. (302)
Offium incurvatio.

DISTORTIO. (303)
Offium ad latus non naturale flexio.

TORTURA. (304)
Oris ad latus flexio.

STRABISMUS. (305)
Oculi diftorti et inæqualiter moti.

LAGOPHTHALMIA. (306)
Oculi furfum vifio palpebra fuperiore abbreviata.

NYCTALOPIA. (307)
Oculi vifus noctarnus.

PRESBYTIA. (308)
Oculi vifus remotus.

MYOPIA. (309)
Oculi vifus approximatus.

LABARIUM. (310)
Dentes vacillantes in fuis alveolis.

LA-

LAGOSTOMA. (311)
Labium ſuperius oris fiſſum.

APELLA. (312)
Præputii abbreviatio abſque inflammatione.

ATRETA. (313)
Meatus corporis imperforatus.

PLICA. (314)
Capillorum contortuplicatio indiſſolubilis.

HIRSUTIES. (315)
Pili copioſiories longioreſque.

ALOPECIA. (316)
Pilorum defluvium.

TRICHIASIS. (317)
Ciliorum diſtortio.

ORDO VIII. MACULÆ.

CICATRIX. (318)
Callus replens ulcerationes conſolidatas.

NÆVUS. (319)
Macula quæcunque congenita.

MORPHÆA. (320)
Macula alba, depreſſa, lata.

VIBEX. (321)
Lineæ ſanguinicolores ſubcuticula.

SUDAMEN. (322)
Maculæ rubræ, pulicares, glabræ, pungentes, evaneſcentes.

MELASMA. (323)
Macula cæruleſcens in parte tecta.

HEPATIZON. (324)
Macula griſea, ſubaſpera, pruriens.

LENTIGO. (325)
Maculæ griſeæ, confluentes, inſenſiles.

EPHELIS. (326)
Color fuſcus partis inſolatæ.

Heu mihi! tot mortes Homini, quot membra, maliſque
Tot ſumus infecti, Mors ut Medicina putetur.

THEORIA.

THEORIA.

1. Corpus vivum conſtat Medullari cerebroſo, et Corticali ſolido fluidoque.

2. Vita ſentiens movenſque reſidet in medullari primordiali, continuato, multiplicativo.

3. Medullare arctè cuſtoditum, nervis expanſis tentaculatum, fabricat ſuum corticale ſolidum e fluidis vegetabilium, et fluida hæc viciſſim per ſolida præparat.

4. Medullare hoc nutritur tenuiſſimo ſpirituoſo liquido corticali, ſed flagrat electrico pulmonibus hauſto.

5. Medullare ſentiens ſe pandit ad gratum ſalutare, et movens ſe retrahit ad ingratum noxium.

6. Fluidum corticale, e quo ſolida, ſolvitur deſtruiturque Acidis aut Putridis, utriſque multiplicativis. Sic vitiatur Sanguis putrido, Serum acido.

7. His dum reſiſtit ſentiens movens, oriuntur Febres: Criticæ ab aceſcente, Phlogiſticæ a putreſcente, at Exanthematicæ a vivo? peregrino multiplicabili.

8. Fluidorum nociva ingrata eliminare ſtudet vita per vias naturales et artificiales, et quo hæc periculoſiora, eo citius, per datam ſic portam, ſimul ejecit quævis impura; ſed duas portas ſimul apertas non facile admittit, ne exhauriatur. *

9. Quicquid præcipue adverſum ſentit, præcipue curat vel minora majoribus adſociat †, ut tota ſe his apponat.

10. Corticale ſolidum deteritur vitiaturque quotidie, adeoque quotidie reparandum; reparatur autem Diæta eaque multiplici; ab appropriata bene, ab erronea perverſe, unde defectus, Morbi dicti.

11. Morbi tolluntur contraria cauſſa ‡; hanc ut citius natura obtineat, Toxica miſceantur ingerendis, Medicamenta dicta.

12. Contraria hæc ex ſapidis in fluida Solidaque et ex Olidis in medullare agentibus dignoſcenda ſunt: E contrariis itaque ſaporibus et odoribus primaria medicamenta eruenda; in his itaque Clavis Materiæ Medicæ.

* Evacuationes duæ ſimul et ſemel poſſunt vix ſtare.
† Dolor dolorem trahit.
‡ Morbi morbis curantur.

QUALITATES

QUALITATES

MEDICAMENTORUM.

I. SAPIDA.

	Agunt in *Corticalæ* Vitale: in *Fluidis*.	in *Solidis*.		
1 AQUOSA.	Mundificantia,	Humectantia.		
	Abſorbentia,	Exſiccantia	SICCA.	1
2 ACIDA.	Refrigerantia,	Attenuantia.		
	Balſamica,	Tonica	AMARA.	2
3 DULCIA.	Edulcorantia,	Impinguantia.		
	Incidentia,	Corrodentia	ACRIA.	3
4 VISCOSA.	Inviſcantia,	Lubricantia.		
	Penetrantia,	Abſtergentia	SALSA.	4
5 PINGUIA.	Obtundentia,	Emollientia.		
	Inſpiſſantia,	Adſtringentia	STIPTICA.	5

II. OLIDA.

Agunt in *Medullare* Animatum.

Senſum	*Excitant*	AROMATICA,	*Sopiunt*	VIROSA.
Motum	*Spaſticant*	ORGASTICA,	*Evacuant*	NAUSEOSA.
Judicium	*Acuunt*	SPIRITUOSA,	*Confundunt*	TETRA.
Libidinem	*Provocant*	AMBROSIACA,	*Suffocant*	HIRCINA.

PARS TERTIA.

DEFINITIONES

GENERUM MORBORUM

A CLARISSIMO
RUDOLPHO AUGUSTO VOGEL,
PHILOS. ET MEDIC. D. HUJUSQUE PROFESS. ETC. ETC.

GOTTINGÆ—M DCC LXIV.

CLAVIS CLASSIUM.

I. FEBRES.
Innati caloris augmentum præternaturale, cum oris ſiccitate et gravitate corporis.

II. PROFLUVIA.
Humorum evacuatio, ab ordine, quantitate, aut qualitate naturali abhorrens.

III. EPISCHESES.
Excernendorum ſuppreſſiones.

IV. DOLORES.
Senſationes moleſtæ, corporis et animi tranquillitatem turbantes.

V. SPASMI.
Solidorum mobilium contractiones, vel agitationes.

VI. ADYNAMIÆ.
Senſationum, motuum, naturaliumve functionum defectus, ant imminutiones.

VII. HYPERÆSTHESES.
Senſationes auctæ, vel perverſæ.

VIII. CACHEXIÆ.
Male colorata corporis conſtitutio, cum debilitate.

IX. PARANOIÆ.
Mentis aberrationes.

X. VITIA.
Mutationes in ſuperficie corporis conſpicuæ.

XI. DEFORMITATES.
Aberrationes ſolidorum ab ordine, poſitura, habitu, figura, numero, aliiſque qualitatibus.

CLASSIS I. FEBRES.

ORDO I. INTERMITTENTES.

Æſtus ad ſummum 18 horas perdurat; dein aliquandiu ceſſat, poſteaque revertitur prævio frigore.

** Simplices.*

QUOTIDIANA. (1)
Quolibet die aut nocte recurrit.

TERTIANA. (2)
Uno die vel nocte una invadit, ſequente intermittit, tertio repetit.

QUARTANA. (3)
Uno die vel una nocte invadit, deinde biduum intermittit, quarto iterum redit.

QUINTANA. (4)
Singulo quinto die redit.

SEXTANA. (5)
Singulo ſexto die repetit.

SEPTANA. (6)
Singulo ſeptimo die revertitur.

OCTANA. (7)
Quolibet octavo die redit.

NONANA. (8)
Quovis nono die recurrit.

DECIMANA. (9)
Quovis decimo die recurrit.

VAGA. (10)
Alio poſt decimum diem, ſed haud fixo, recurrit.

MENSTRUA. (11)
Viris circa fluxum hæmorrhoidalem, vel etiam citra illum, fœminis circa catamenia accidit.

 ** *Duplicatæ.*

** * Duplicatæ.*

TERTIANA duplex. (12)
Quotidie accedit, interdum quoque bis uno die vacuo, acceſſionis verò tempora alternis diebus reſpondent.

QUARTANA duplex. (13)
Inter quatuor dies tertium tantum a febre vacuum habet, et acceſſionis tempora alternatim præcedenti inſultui reſpondent.

** * * Triplicatæ.*

QUARTANA triplex. (14)
Quotidiana, paroxyſmis quarto quovis die conſpirantibus.

ORDO II. CONTINUÆ.

Nec interdiu, nec noctu intermittunt, ſed remiſſiones ſaltem inferunt cum exacerbationibus, quæ vel quotidie, aut tertio die, aut quarto, aliove accedunt.

** Simplices.*

QUOTIDIANA continua. (15)
Quotidie cum frigore accidit, calor verò per totum reliquum tempus durat.

SYNOCHUS. (16)
Facie rubra, cute humida, pulſu magno et frequenti, criſi perfecta terminantur intra 21 dies. †

AMATORIA. (17)
Febris paucarum horarum a magno frigore incipiens, ex vehementi concubitus expectatione.

PHRENITIS. (18)
Febris acuta, dolor capitis, delirium conſtans et vehemens.

EPIALA. (19)
In qua frigoris ſenſus perpetuus cum rigore contingit.

CAU-

† Ephemera eſt ſpecies.

CAUSOS. (20)
Febris ardentiſſima, tertio quoque die acerbior, cum immenſa ſiti, et ſicciſſima atque nigra lingua.

ELODES. (21)
Febris cum profuſiſſimo ac perpetuo ſudore inde a primo die, et magno virium lapſu. ‡

LETHARGUS. (22)
Febris in qua ſopor et ab expergefactione delirium, mox opprimente iterum ſopore.

TYPHOMANIA. (23)
Febris ex phrenitide et lethargo mixta.

LEIPYRIA. (24)
Febris in qua extrema algent, interna uruntur, pulſus parvus et obſcurus.*

PHRICODES. (25)
Febris cujus decurſum crebri horrores rigoreſve interpellant.

LYNGODES. (26)
Febris in qua æger a principio uſque ad criſin ſingultit.

ASSODES. (27)
Febris in qua æger ferè irrequietus eſt, et implacide moleſteque habet, vel faſtidio agitatur.

CHOLERICA. (28)
Febris cum vomitu frequenti atque torminoſa alvi dejectione.

SYNCOPALIS. (29)
Febris cui frequens lipothymia ſe intermiſcet.

HYDROPHOBIA. (30)
Febris cum averſatione liquidorum, ſingultu, convulſione, et delirio.

OSCITANS. (31)
Febris cum perpetua oſcitatione.

ICTERICODES. (32)
Auriginoſa febris, quæ cutem colore flavo inquinat, citra hepatis inflammationem.

PES-

‡ Typhodes et Sudor Anglicanus ejus ſpecies ſunt.

PESTILENTIALIS. (33)

Febris pandemia, contagiosa, acutissima, in qua bubones aut certe carbunculi, aut vesiculæ oriuntur cum leipyria, ingenti siti, spiritu, sudore, et dejectionibus fœtidis, delirio, nausea, vomitu, pulsuque parvo ac obscuro.

SIRIASIS. (34)

Febris infantibus propria, in qua cutis sicca, pallida, inappetentia, oculi concavi, fontanellæ subsidentia.

* * *Compositæ.*

1. Exanthematicæ.

VARIOLOSA. (35)

Synochus contagiosa, a vomitu, cephalalgia, et lumbagine incipiens, in qua tertio die maculæ erumpunt, sensim in pustulas purulentas, escharoticas, deciduas, abeuntes.

MORBILLOSA. (36)

Synochus contagiosa, cum tussi sicca et madore oculorum, in qua maculæ rubellæ, latescentes, paulum elevatæ erumpunt, quæ deinceps in tenuissimas squamulas solvuntur.

MILIARIS. (37)

Phricodes, dolor rheumaticus in aliqua corporis parte, aut sensus punctorius in dorso, crure, ac intestinis, aut stupor in digitis, pustulæ prurientes milii seminis magnitudine, rubræ vel albæ, sero primum limpido, deinceps subalbo perlarum colore non dissimili, plenæ, facie intacta, sudor multus, fœtidus.

PETECHIALIS. (38)

Febris maligna, exanthemata morsibus pulicum ferè similia, flavescentia, rubra, vel livida.

SCARLATINA. (39)

Synochos, maculæ coccineæ crebriores ac latiores, quam morbilli, nodulis subflavis ad instar capitis acicularum, ornatæ, fugaces, in squamulas dehiscentes.

URTICATA. (40)

Synochos quotidiana continua mitior, tubercula punctuis urticarum similia, rubra, prominentia, fugacia.

BUL-

BULLOSA. (41)
Maligna, veſiculæ ſero ſublimpido repletæ, magnitudine nucis avellanæ et majores, in variis corporis partibus, facie non excepta, citra cutis inflammationem erumpentes.

VARICELLA. † (42)
Variolæ ſpuriæ; ephemera, puſtulæ variolis ſimillimæ, prurientes, primo die erumpentes et ſuppurantes, tertio reſiccatæ, et in ſquamulas deciduæ, toto morbo intra ſeptem dies ad ſummum terminato.

PEMPHINGODES. (43)
Febris, quæ puſtulas in ore, phlyctides dictas, generat.

APHTHOSA. (44)
Maligna, cum ulcuſculis in ore ſuperficialibus, fungoſis, mucoſis, quas aphthas vocant.

2. Inflammatoriæ.

PHRENISMUS. (45)
Vera inflammatio cerebri aut membranarum ejus; quam ex dolore capitis et vehementi delirio febrili vulgo definiunt, quæ ſigna vero admodum ambigua.

CHEMOSIS. (46)
Vehemens adnatæ oculorum inflammatio, ut ſuper corneam feratur, acerbus dolor, perverſio palpebrarum, cephalalgia, agrypnia.

OPHTHALMITES. (47)
Inflammatio interiorum oculi membranarum, et præcipue choroideæ; dolor in oculo fere intolerabilis cum febre, cephalalgia, agrypnia, delirio.

Vulgo Phlegmone dicitur.

OTITES. (48)
Inflammatio auris internæ; dolor immanis in aure, febris, cephalalgia, agrypnia, delirium.

ANGINA. (49)
Faucium inflammatio; febris continua, reſpirandi ac deglutiendi difficultas, præfocationis metus.

PLEU-

† Hæc Varicella facillime illudere Medicis ſub ſpecie varioloſæ poteſt, niſi ad decurſum accuratiſſime attendant; unde dein bis vel ter laborare homines variolis exiſtimantur.

PLEURITIS. (50)
Pleuræ inflammatio; febris continua, dolor in latere thoracis pungens, tuſſis ſicca, dyſpnœa.

PERIPNEUMONIA. (51)
Pulmonum inflammatio; febris continua, dolor thoracis obtuſus, gravativus, tuſſis humida aliquando cruenta, difficultas anhelitus anguſtiave.

MEDIASTINA. (52)
Mediaſtini inflammatio; febris continua, incendium in thorace, offendiculum quoddam ad ſternum in inſpiratione, reſpiratio frequens, tuſſis cum ſputis coloratis, orthopnœa; an ſemper?

PERICARDITIS. (53)
Pericardii inflammatio; omnia ut in Mediaſtina, urgente morbo ſyncope.

CARDITIS. (54)
Cordis inflammatio, ſymptomata fere ut in Peripneumonia, ſed graviora, dolor vehemens in regione cordis, palpitatio, pulſus frequens ac inæqualis, hydrophobia; an ſemper?

PARAPHRENITIS (55)
Diaphragmatis inflammatio; febris continua, dyſpnœa, dolor e regione ventriculi cinguli inſtar ventrem ſupra lumbos ambiens, delirium.

GASTRITIS. (56)
Ventriculi inflammatio; febris, leipyria, dolor et ardor in epigaſtrio, ſitis, vomitus ingeſtorum, ſingultus.

ENTERITIS. (57)
Inteſtini inflammatio; febris aſſodes, phricodes, cruciatus ventris intolerabilis, flatuum et ſtercoris retentio, aut dyſenteria.

HEPATITIS. (58)
Jecinoris inflammatio; febris continua hypochondrii dextri dolor tenſivus, tuſſis ſicca, icterus, interdum vomitio bilis et per alvum dejectio.

SPLENITIS. (59)
Lienis inflammatio; febris continua, hypochondrii ſiniſtri diſtentio atque tumor, dolor pulſans, moleſtus dexter decubitus.

ME-

MESENTERITIS. (60)
Meſenterii inflammatio; febris varia occulta et lenta phricodes aut quotidiana continua, dolor colicæ ſimilis, egeſtiones chyloſæ et ichoroſæ, nullo doloris ſenſu defluentes.

OMENTITIS. (61)
Omenti inflammatio; febris continua cum dolore et tumore in regione epigaſtrica et hypogaſtrica.

PERITONITIS. (62)
Peritonæi inflammatio; febris aſſidua, tumor ventris, et dolor punctorius.

MYOCOLITIS. (63)
Muſculorum abdominalium inflammatio; ſymptomata ut in Peritonite.

PANCREATICA. (64)
Pancreatis inflammatio. Notæ deficiunt.

NEPHRITIS. (65)
Renis inflammatio; febris acuta, dolor ardens in regione renis, urina parca flammea, vel nulla, ſtupor cruris vicini, dolor teſtis vicini, ructus, vomitio.

CYSTITIS. (66)
Veſicæ urinariæ inflammatio; febris levior, hypogaſtrii dolor ardens, preſſorius, frequens meiendi ſtimulus, iſchuria, teneſmus.

HYSTERITIS. (67)
Uteri inflammatio; febris continua, delirium, tumor hypogaſtrii inflammatorius, dolor in lumbis et inguine.

ERYSIPELACEA. (68)
Ephemera, eryſipelatis expulſionem efficiens.

PODAGRICA. (69)
Continua, ſynochos, cum dolentiſſimo rubore in pede.

PANARITIA. (70)
Continua, panaritii gravioris comes.

CYSSOTIS. (71)
Ani inflammatio, dolor, teneſmus.

3. Sym-

3. Symptomaticæ.

APOPLECTICA. (72)
Continua apoplexiæ ſuperveniens.

CATARRHALIS. (73)
Veſpertina, catarrhis ſocia.

RHEUMATICA. (74)
Quotidiana continua rheumatiſmo juncta, multus ſudor, interdum puſtulæ purulentæ.

HÆMORRHOIDALIS. (75)
Ephemera, dolor ſpinæ, hæmorrhoides, aut ſaltem varices dolentes circa quartum diem erumpentes, quo febris finitur.

LACTEA. (76)
Ephemera, aliquot diebus a partu incidens.

VULNERARIA. (77)
Graviori vulneri ſuperveniens.

SUPPURATORIA. (78)
Partium internarum inflammationibus, dum in ſuppurationes tranſeunt, ſuperveniens, continua.

LENTA. (79)
Febricula quotidiana in morbo longo.

HECTICA. (80)
Quotidiana continua vehementior in morbo longo, cum ſudore colliquativa et phthiſi.

CLASSIS II. PROFLUVIA.

* *Hæmorrhagiæ.*

HÆMORRHAGIA. (81)
Sanguinis e vulnere profusio.

EPISTAXIS. (82)
Sanguinis e naribus profusio.

HÆMOPTOE. (83)
Sanguinis ex ore et faucibus eruptio.

HÆMOPTYSIS. (84)
Sanguinis e pulmonibus aut trachea rejectio per tussim.

STOMACACE. (85)
Gingivarum cruentatio.

ODONTIRRHŒA. (86)
Sanguinis ex alveolo dentis evulsi eruptio.

OTORRHŒA. (87)
Sanguinis ex aure effluxus.

OPHTHALMORRHAGIA. (88)
Sanguinis ex oculo ejusve cantho aut palpebris eruptio.

HÆMATEMESIS. (89)
Vomitus cruentus; sanguinis e ventriculo per vomitum rejectio.

HEPATIRRHŒA. (90)
Fluxus hepaticus; diarrhœa aquosa rubella instar loturæ carnium recentium.

CATARRHEXIS. (91)
Sanguinis puri ex alvo profusio.

HÆMATURIA. (92)
Mictio e renibus cruenta, quæ sanguine urinæ exquisite permixto perfunditur, ut ea quasi dilutus et tenuis sit sanguis.

CYSTIRRHAGIA. (93)
Mictio cruenta e vefica dolorifica, qua fanguis urinam non æqualiter perfundit, ac in imo fubfidens in grumos concrefcit; ejus quoque portio aut grumus interdum citra urinam excidit.

Hæmorrhoides veficæ appellant.

STYMATOSIS. (94)
Hæmorrhagia penis fine urina, nulloque voluntatis arbitrio.

HÆMATOPEDESIS. (95)
Sudor fanguineus; fanguinis tenuis e poris cutis eruptio.

MENORRHAGIA. (96)
Sanguinis inordinata et larga ex vulva profufio.

ABORTIO. (97)
Sanguinis ex utero gravido profluvium, cum fœtu immaturo aut mola fubfequente.

* * *Apocenofes.*

CATARRHUS. (98)
Tuffis frequens, acris, cum raucitate.

EPIPHORA. (99)
Lachrymæ involuntarium profluvium.

CORYZA. (100)
Catarrhus narium cum feri tenuioris diftillatione.

OTOPUOSIS. (101)
Puris ex aure effluxus; catarrhus auris fordidus.

OTOPLATOS. (102)
Humiditatis olidæ retro aurem excretio.

PTYALISMUS. (103)
Copiofa falivæ profufio.

VOMICA. (104)
Subitanea, copiofa puris aut fanguinis nigri e pulmonibus rejectio per tuffim.

DIARRHOEA. (105)
Copiofum finceriorum humorum ex alvo profluvium, fine vehementi fenfu doloris.

PU-

PUORRHOEA. (106)
Puris finceri ex alvo excretio.

DYSENTERIA. (107)
Frequens, pauca, torminofa ac tenefmodes alvi dejectio.

LIENTERIA. (108)
Lævitas inteftinorum qua, quæ per alvum defcendunt, alimentis affumptis fubftantia et colore finitima.

COELIACA. (109)
Lævium æqualium et quafi chyli aut cremoris fpecie dejectio.

CHOLERA. (110)
Vomitus biliofi multi alvique dejectiones, cum periadynia.

PITUITARIA. (111)
Mera pituitæ, loco ftercoris, excretio diuturna, cum contabefcentia.

LEUCORRHOIS. (112)
Pituitæ finceræ et cruentæ ex alvo excretio tenefmodes, periodica.

ENEURESIS. (113)
S. incontinentia urinæ; mictio urinæ involuntaria conftans, fine acrimoniæ et doloris fenfu.

DIURESIS. (114)
Immodica urinæ prorfus aqueæ excretio, in morbo fpaftico, periodica.

DIABETES. (115)
Immodicum urinæ profluvium diuturnum, fub quo corpus contabefcit.

PUOTURIA. (116)
Mictio purulenta.

CHYLARIA. † (117)
Urinæ mucofæ, albæ, paucæ, et quafi verminofæ, excretio.

GONORRHOEA. (118)
Invita feminis, liquoris proftatarum, ichoris, citra venerem, citra libidinis infomnia, citraque colis tentiginem, profufio.

LEU-

† Gius Linn.

LEUCORRHOEA. (119)
Fluor albus; nimia muci aut ichoris ex vulva profuſio.

EXONEIROSIS. (120)
Pollutio; involuntaria, at jucunda ſeminis ex rigido cole profuſio.

HYDROPEDESIS. (121)
Sudor immodicus.

GALACTIA. (122)
Lactis ex mammis ſtillicidium.

HYPERCATHARSIS. (123)
Immodica purgatio ex operatione violentioris medicamenti colliquantis, urentis, ſtimulantis.

ECPHYSE. (124)
Flatuum ex urethra aut uteri vagina eruptio.

DYSODIA. (125)
Exhalatio fœtida ex toto corpore aut ejus parte.

CLASSIS III. EPISCHESES.

GRAVEDO. (126)
Catarrhus narium impeditus cum carebaria, voce haud bene ſonora, ſpiritu nonnihil difficili, qui nec niſi hiante ori duci poteſt.

FLATULENTIA. (127)
Flatuum impedita ſupra infraque expulſio, cum intumeſcentia ventris.

OBSTIPATIO. (128)
Stercoris excretio impedita.

ISCHURIA. (129)
Urinæ ſuppreſſio.

AMENORRHOEA. (130)
Menſtrui ſanguinis ex utero fluxus, ex toto vel ex parte cohibitus.

DYSLOCHIA. (131)
Lochiorum ſuppreſſio aut imminutio.

DEUTERIA. (132)
Secundinarum retentio.

AGALAXIS. (133)
Lactis defectus.

CLASSIS IV. DOLORES.

ANXIETAS. (134)
Molesta sensatio circa præcordia, quæ præsentem rerum statum fastidit.

BLESTRISMUS. (135)
Incontinens corporis jactatio et inquietudo.

PRURITUS. (136)
Dolorifica voluptas in cute, hominem ad scalpendum excitans.

CATAPSYXIS. (137)
Sensus frigoris dolorificus in parte musculosa aut cutanea.

RHEUMATISMUS. (138)
Cutis et musculorum dolor. †

ARTHRITIS. (139)
Articulorum dolor. ‡

CEPHALALGIA. (140)
Capitis dolor brevis.

CEPHALÆA. (141)
Capitis dolor longus.

CLAVUS. (142)
Capitis dolor in vertice cum sensu frigoris.

HEMICRANIA. (143)
Capitis dolor tensivus alterutrum ejus latus occupans.

CAREBARIA. (144)
Molestia capitis velut gravitas quædam.

ODONTALGIA. (145)
Dolor dentium.

HÆMODIA. (146)
Dentium stupor cum dolore.

ODAXISMUS. (147)
Gingivarum dolor infantilis in dentitione.

OTAL-

† Lumbago, Ischias, Glossagra, et Pleurodyne Sauvag. sunt species.
‡ Species sunt Chiragra et Gonagra.

OTALGIA. (148)
Dolor auris internæ et externæ.

ACATOPOSIS. (149)
Deglutitio difficilis.

CIONIS. (150)
Dolorifica uvulæ craffities.

HIMANTOSIS. (151)
Ejufdem folito major longitudo et gracilitas.

CARDIOGMUS. (152)
Anxietas cordis dolorifica, cum fenfu ponderis et pulfatione.

MASTODYNIA. (153)
Mammarum dolor.

SODA. (154)
Dolor urens calidus e ventriculo in fauces affurgens.

PERIADYNIA. (155)
Ventriculi dolor.

PNEUMATOSIS. (156)
Dolorifica ventriculi a flatibus diftentio.

CARDIALGIA. (157)
Ventriculi dolor vehemens fpafticus, cum naufea fæpeque vomitu.

ENCAUSIS. (158)
Ardor in ftomacho cum inextinguibili fiti.

NAUSEA. (159)
Inane vomendi defiderium.

COLICA. (160)
Dolor fpafticus inteftinorum cum obftipatione, naufea, et vomitu.

EILEMA. (161)
Dolor in inteftino fixus velut clavi muro impacti.

ILEUS. (162)
Colica acuta cum vomitu demum excrementorum.

STRANGURIA. (163)
Urinæ denfæ rubræ mictio parca, frequens, ardore in urethra excepta.

DYSURIA. (164)
Urinæ ftillicidium dolorificum citra ardorem in urethra.

LI-

LITHIASIS. (165)
Difficilis mictio a calculo in organis uropoeticis, cum arenulis in urina fubfidentibus.

TENESMUS. (166)
Impetuofa, dolorifica defidendi cupiditas, qua nihil præter pauca mucofa et cruenta egeritur.

CLUNESIA. (167)
Dolor in podice.*

CEDMA. (168)
Dolor in partibus genitalibus.†

HYSTERALGIA. (169)
Dolor ventris parturientium fimilis.

DYSMENORRHOEA. (170)
Profluvium fanguinis uterini menftruum dolorificum.

DYSTOCIA. (171)
Partus laboriofus, difficilis.

ATOCIA. (172)
Partus difficillimus, qui fine arte prorfus abfolvi non poteft.

PRIAPISMUS. (173)
Colis erectio dolorifica permanens, citra libidinis ftimulum.

PSORIASIS. (174)
Durities fcroti cum intenfa prurigine, et interdum quoque exulceratione.

PODAGRA. (175)
Dolor rheumatico-arthriticus in pede acutus.

OSTEOCOPUS. (176)
Dolor in offe fixus.

PSOPHOS. (177)
Strepitus offium.

VOLATICA. (178)
Dolor per tractum majorum cutis vaforum oberrans.

EPIPHLOGISMA. (179)
Ardor alicujus partis velut a pruna obortus.
In aure dicitur Pyrofis.

* Proctica Sauvagef. et Linn.
† Pudendagra Linn.

CLASSIS

CLASSIS V. SPASMI.

TETANUS. (180)
Totius corporis aut ſolius cervicis diſtentio rigida, dolorifica, acuta, qua flecti haud poſſit.

OPISTHOTONUS. (181)
Eadem diſtentio, ſed qua corpus in poſteriora curvatur.

EPISTHOTONUS. (182)
Eadem, ſed qua corpus in anteriora curvatur.

CATOCHUS. (183)
Tetanus cum privatione ſenſuum.

TREMOR. (184)
Levior totius corporis aut membri ſingularis concuſſio, ſine frigoris ſenſu.

FRIGUS. (185)
Cum extremæ partes membrorum inalgeſcunt.

HORROR. (186)
Totius corporis algor cum tremore.

RIGOR. (187)
Idem et violentior cum triſmo et ſenſu frigoris in interioribus partibus.

EPILEPSIA. (188)
Agitatio convulſiva univerſalis, chronica, periodica, cum oppreſſione ſenſoriorum, exituque ſpumæ ex ore.

ECLAMPSIA. (189)
Epilepſia acuta.

HIERANOSOS. (190)
Agitatio corporis vel artuum convulſiva, continua, chronica, cum integritate ſenſuum.

CONVULSIO. (191)
Agitatio corporis vel artuum violenta, periodica, cum integritate ſenſuum.

RAPHANIA, (192) Linn.
Convulſio cum ſpaſtica articulorum contractione et dolore immani, periodica.

CHOREA. (193)
Convulſio ſaltatoria aut procurſiva.

Tarantiſmus eſt ſpecies.

CRAMPUS. (194)
Digitorum, manuum, pedumque, aut crurum extenſio vel contractio violenta, dolorifica, brevis.

SCELOTYRBE. (195)
Immanis continuaque crurum contractio et obrigeſcentia.

ANGONE. (196)
Faucium præſocatio acuta, ſine inflammatione.

Angina convulſiva et Suffocatio hyſterica ejus ſunt ſpecies.

GLOSSOCELE. (197)
Linguæ violenta, acuta, extruſio.

GLOSSOCOMA. (198)
Lingua violenta, acuta, revulſio.

HIPPOS. (199)
Oculorum conſtans agitatio; malum ab ortu contractum.

ILLOSIS. (200)
Oculorum perverſio acuta.

CINCLESIS. (201)
Palpebrarum nictitatio perpetua.

CATACLASIS. (202)
Alterutrius oculi occluſio ſpaſtica, acuta.

CILLOSIS. (203)
Cilii ſuperioris perpetuus tremor.

STERNUTATIO. (204)
Membranæ narium agitatio convulſiva, impetuoſam aëris inſpirationem, ſimilemque mox expulſionem per nares cum ſtrepitu inducens.

TUSSIS. (205)
Convulſiva et ſonora aëris e pulmonibus expulſio.

CLAMOR. (206)
Vocis anxia exaltatio.

TRIS-

TRISMUS. (207)
Stridor dentium inter ſe colliſorum.

CAPISTRUM, (208) ſ. Spaſmus Maxillæ inferioris.
Immobilitas ejus, qua os arctè clauditur.

SARDIASIS, (209) ſ. Spaſmus Cynicus.
Spaſmus muſculorum faciei et oris, quo in obliquum torquentur.

GELASMUS, (210) ſ. Riſus Sardonius.
Involuntarius riſus, ſub quo animus non gaudio, ſed dolore atque iracundia plerumque effertur.

INCUBUS. (211)
Suffocatio in inſomnio terrifico, reſpirationem offendens, vocemque intercipiens.

SINGULTUS. (212)
Inſpiratio convulſiva ſubitanea velociſſima, ſonora recurrens.

PALPITATIO. (213)
Cordis, viſceris, muſculi, tendinis, arteriæve, temporaria agitatio.

VOMITUS. (214)
Violenta contentorum in ventriculo per os rejectio.

RUCTUS. (215)
Violenta flatus ventriculi incluſi per os exploſio.

RUMINATIO. (216)
Cum cibus e ventriculo in os viciſſim maſticandus iterumque deglutiendus, citra voluntatem, impellitur.

OESOPHAGISMUS, (217) ſ. Spaſmus Oeſophagi.
Ciborum deglutitorum in œſophago ſubſiſtentium remora dolorifica.

HYPOCHONDRIASIS. (218)
Anxietas præcordialis, cum ſpaſmis ventriculi ac inteſtinorum, variiſque congeſtionibus conjuncta, chronica.

HYSTERIA. (219)
Eadem in mulieribus.

PHLOGOSIS, (220) ſ. Æſtus volaticus.
Subitus fugaxque æſtus cum rubore faciei.

DIGITIUM. (221)
Primæ phalangis digitorum invita et conſtans incurvatio.

CLASSIS

CLASSIS VI. ADYNAMIÆ.

LASSITUDO. (222)
Ingrata et gravativa ſenſatio impotentiæ ad motum.

ASTHENIA. (223)
Languor aut debilitas corporis.

TORPOR. (224)
Senſus motuſque imminutus in parte carnea.

ADYNAMIA. (225)
Impotentia, qua ſe ægri nullo modo movere aut in lecto erigere poſſunt.

PARALYSIS. (226)
Senſus motuſve aut utriuſque defectus in ſingulari parte externa.

PARAPLEGIA. (227)
Omnium partium ſub collo, aut ſaltem medii corporis artuumque inferiorum paralyſis.

HEMIPLEGIA. (228)
Paralyſis alterutrius lateris.

APOPLEXIA. (229)
Subita functionem animalium ceſſatio, cum ſtertore et magno pulſu.

CATALEPSIS, (230) ſ. Catoche.
Subita functionem animalium ceſſatio, in qua correptus vigilantis formam figuramque retinet, articulique eum ſitum, qui ipſis datur.

CARUS. (231)
Veternus ſopor, liberam reſpirationem ſine ſtertore conſervans, ex quo ægri vix excitantur.

COMA,

COMA, (232) s. Cataphora.
Sopor in quo ægri vellicati evigilant, et mox in ipsum relabuntur.

SOMNOLENTIA. (233)
Inclinatio in somnum justo major.

HYPOPHASIS. (234)
Albi oculorum inter dormiendum subapparitio.

PTOSIS. (235)
Impotentia attollendi palpebram superiorem.

AMBLYOPIA. (236)
Visus imbecillitas, integro oculo.

MYDRIASIS. (237)
Pupillæ dilatatio, quæ visioni nocet.

AMAUROSIS. (238)
Cæcitas sine sensibili oculorum labe, præter mydriasin.

CATARACTA. (239)
Cæcitas cum obscurata lente, retro pupillam conspicua.

SYNIZESIS. (240)
Cæcitas cum pupillæ coalitione.

GLAUCOMA. (241)
Cæcitas turbatis humoribus et oculo flaccido.

ACHLYS. (242)
Corneæ obscuritas, visum imminuens aut tollens.

NYCTALOPIA. (243)
Visus noctu saltem contingens.

HEMERALOPIA. (244)
Visus noctu abolitus.

HEMALOPIA. (245)
Visus dimidiatus.

DYSICOIA. (246)
Imbecillitas auditus.

SURDITAS. (247)
Auditus abolitus.

ANOSMIA. (248)
Odoratus abolitus.

APOGEUSIS. (249)
Guſtus abolitus.

ASAPHIA. (250)
Vocis obſcuritas.

CLANGOR. (251)
Vox acuta cum ſtridore.

RAUCITAS. (252)
Vox aſpera et obſcura, quæ vix niſi a prope adſtantibus exaudiri poteſt.

APHONIA. (253)
Vocis privatio.

LEPTOPHONIA. (254)
Vitium vocis nimium gracilis.

OXYPHONIA. (255)
Vox acuta, qualis edi ſolet cum ejulatu et planctu.

RHENOPHONIA. (256)
Vox naſalis, quæ ex naribus haud ſimul editur.

MUTITAS. (257)
Loquelæ privatio.

TRAULOTIS, Blæſitas. (258)
Vitioſa literarum ſ et r pronunciatio.

PSELLOTIS, Balbuties. (259)
Cum inter pronunciandum aut litera aut ſyllaba aufertur et eliditur.

ISCHNOPHONIA. (260)
Vitium pronunciationis, quo ſyllaba ſyllabæ cito copulari non poteſt.

BLATERISMUS. (261)
Vitium pronunciationis, quo ſermo præcipitatur, unaque ſyllaba aliquoties cum celeritate repetitur.

SUS-

SUSPIRIUM. (262)
Inſpiratio lenta, profunda, gemibunda.

OSCITATIO. (263)
Inſpiratio tarda, profunda, aperto ore.

PANDICULATIO. (264)
Oſcitatio cum artuum extenſione.

APNOEA. (265)
Reſpiratio adeo rara et parva, ut plane ſpiritus periiſſe videatur.

MACROPNOEA. (266)
Reſpiratio per longa intervalla contingens.

DYSPNOEA. (267)
Reſpirandi difficultas continua, levior.

ASTHMA. (268)
Reſpiratio difficilis periodica, chronica, cum ſenſu anguſtiæ in faucibus.

ORTHOPNOEA. (269)
Reſpiratio ſuffocatoria acuta, non niſi erecto cervice peragenda.

PNIGMA, Catarrhus ſuffocativus. (270)
Difficillima reſpiratio, cum ſubitanea ſenſuum motuſque interceptione, ſtertore, pulſuque intermittente.

RENCHUS, ſ. Stertor. (271)
Sonus ex naribus editus.

RHOCHMOS, ſ. Ronchus. (272)
Sonus ſtertoroſus intra fauces.

LIPOTHYMIA. (273)
Subita ſenſus motuſque interceptio, cum ſudore frigido, tinnitu aurium, pulſu ac reſpiratione debili.

SYNCOPE. (274)
Eadem gravior, nullo pulſu, nulla reſpiratione perceptibili, abolitoque omni ſenſu, et extincto calore.

ASPHYXIA. (275)
Abolitio pulſus.

APE-

APEPSIA. (276)
Concoctionis ciborum in ventriculo privatio.

DYSPEPSIA. (277)
Tarda difficilisque concoctio.

DIAPHTHORA. (278)
Ciborum corruptio in ventriculo.

ANOREXIA. (279)
Inappetentia sine fastidio ciborum.

ANATROPE. (280)
Inappetentia nauseabunda.

ADIPSIA. (281)
Sitis defectus.

ACYISIS. (282)
Sterilitas muliebris; conceptionis defectus.

AGENESIA. (283)
Rei venereæ impotentia in viro; libidinis defectus.

ANODYNIA. (284)
Doloris defectus.

CLASSIS VII. HYPERÆSTHESES.

ANTIPATHIA. (285)
Certarum rerum viſu, olfactu, aut guſtu percipiendarum, talis averſatio, ut ex earundem perceptione gravia ſymptomata inducantur.

AGRYPNIA. (286)
Somni defectus.

PHANTASMA. (287)
Perceptio corporum ante oculos obſervantium, quæ non adſunt.

CALIGO. (288)
Qua ſubito viſui omnia nigra ſe repræſentant.

HÆMALOPIA. (289)
Qua omnia rubra apparent.

MARMARYGE. (290)
Fulgor ante oculos corruſcans.

DYSOPIA. (291)
Viſus duplicatus.

SUSURRUS. (292)
Soni non exiſtentis perceptio.

VERTIGO. (293)
Imaginatio, qua omnia homini cum ſemetipſo circumagi videntur.

APOGEUSIA. (294)
Sapor in ore depravatus.

POLYDIPSIA. (295)
Continuum potus deſiderium.

BULIMUS. (296)
Vehemens fames, cum lipothymia.

ADDEPHAGIA. (297)
Voracitas.

CYNORRHEXIA. (298)
Fames canina; addephagia cum vomitu ſubſequente.

ALLOTRIOPHAGIA. (299)
Rerum non eſculentarum devoratio arbitraria.

MALACIA. (300)
Earundem anxia appetentia.

PICA. (301)
Certi cibi aſſumendi, aut rei olſaciendæ vehemens deſiderium.

BOMBUS. (302)
Murmur ex flatibus, quod auribus percipitur.

CELSA. (303)
Senſus flatus, vaporis, aut formicarum oberrantium ſubter cute.

CLASSIS

CLASSIS VIII. CACHEXIÆ.

CACHEXIA. (304)
Corpus grave atque iners, colore pallido ſqualidum.

CHLOROSIS. (305)
Cachexia in virginibus, colore ex pallido vireſcente.

ICTERUS. (306)
Cachexia cum flavo cutis colore, urina obſcure rubra, tingente immiſſa linteamina colore croceo.

MELANCHLORUS. (307)
Cachexia cum ſubnigro cutis colore, urina de nativo ſtatu haud decedente.

ATROPHIA. (308)
Extenuatio corporis, aut partis ejus, ſine febre lenta et hectica.

TABES. (309)
Extenuatio corporis cum febre lenta vel hectica, at ſine dyſpnœa et tuſſi.

PHTHISIS. (310)
Extenuatio corporis cum febre lenta vel hectica, dyſpnœa, et tuſſi. *

HYDROTHORAX. (311)
Cachexia cum dyſpnœa et effuſione aquæ intra pectus, ſtrepitum concuſſione intus facientis.

RACHITIS. (312)
Atrophia infantum cum epiphyſium protuberantia.

ANA-

* In Atrophia ſola pinguedo abſumitur, nec æque reſtituitur; in Tabe et Phthiſi caro ſimul minuitur.

ANASARCA. (313)
Totius corporis intumefcentia, aquofa, mollis, digiti impreffi veftigium aliquamdiu retinens, cum pallore cutis.

ASCITES. (314)
Tumor abdominis, fcroti, et crurum aquofus, cum atrophia fuperiorum partium.
Abdomen impulfum fonum collectæ permotæque intus aquæ præbet.

HYDROCYSTIS. (315)
Hydrops faccatus pleuræ, peritonæi, aut vifceris abdominalis.

TYMPANITES. (316)
Tumor abdominis renitens, pulfatione fonitum edens, cum obftipatione et atrophia.

HYSTEROPHYSE. (317)
Tumor hypogaftrii ab utero flatu diftento.

SCORBUTUS. (318)
Cachexia cum laffitudine, maculis artuum lividis, ftomacace, ulceribus.

SIPHYLIS. (319)
Cachexia contagiofa ex contagio venereo, cum tumoribus offium et ulceribus faucium partiumque obfcœnarum, prægreffis plerumque bubonibus aut gonorrhœa.

LEPRA, Græcorum, f. Pfora. (320)
Pertinaciffima fcabies totius corporis vel partis, ficca, dura, afpera, ferpentibus puftulis furfuracea.

ELEPHANTIASIS, f. Lepra Arabum. (321)
Mutatio cutis in tumores lividos, duros, faniem fœtidam cruftofam emanantes.

ELEPHANTIA, Arabum. (322)
Eadem duntaxat in pede valde tumido et duro.

PLICA, f. Rhopalofis. (323)
Vitium capillorum capitis aut pubis, quo ab humore glutinofo ita in cirrhos contorquentur, ut explicari nullo modo poffint.

THI-

PHTHIRIASIS. (324)
Morbus pedicularis, quo pediculi variis in corporis partibus copiofe emergunt.

PHYSCONIA. (325)
Intumefcentia abdominis longa, a magnitudine habituve vifceris mutato.

PARACYISIS. (326)
Graviditas a natura abhorrens retardatione aut alieno fitu fœtus extra uterum.

GANGRÆNA. (327)
Inflammatæ partis livor et mortificatio fœtida, cum puftulis ichorofis; fenfus doloris hebes.

SPHACELUS. (328)
Perfecta mortificatio, qua pars fenfum motum et innatum calorem tota amifit, fitque prorfus nigra, mollis, putris, et cadaverofa.

CLASSIS IX. PARANOIÆ.

ATHYMIA. (329)
Animi abjectio, confternatio, triftitia, defperatio.

DELIRIUM, Paraphrofyne. (330)
Mentis alienatio in febre haud conftans, nec furibunda.
Carpologia ejus eft fpecies.

MANIA. (331)
Infania longa, riditula aut furibunda.
Furorem uterinum et Satyriafin pro fpeciebus habeo.

MELANCHOLIA. (332)
Infania longa cum mœftitia ac timore.
Noftalgia ejus fpecies eft.

ECSTASIS. (333)
Infania, quæ brevi tempore durat.

ECPLEXIS. (334)
Exceſſus mentis qui ex repentina aliqua perturbatione ab externa cauſa affertur.

ENTHUSIASMUS. (335)
Eſt veluti cum quidam in ſacris faciendis mente capiuntur, ſi qua viderint audiverintve.

STUPIDITAS, Moroſis, Fatuitas. (336)
Mentis imminuta et infirmata functio, ſeu quædam ignavia, citra delirium et ſoporem.

AMENTIA, Anoia. (337)
Imaginationis vel mentis occaſus atque privatio, qua jam ab ipſo ortu affecti vix mentis inopia loqui diſcunt.

OBLIVIO. (338)
Memoriæ privatio.

SOMNIUM. (339)
Viſum, quod in ſomno occurrit, tanquam verum ſit exiſtimatum.

Pavor ejus eſt ſpecies.

HYPNOBATASIS. (340)
Somnium in quo homo aſſurgit, ambulat, et diverſa vigilantium opera exercet.

CLASSIS

CLASSIS X. VITIA.

* *Inflammationes.*

OPHTHALMIA. (341)
Inflammatio albi oculorum.

BLEPHAROTIS. (342)
Inflammatio palpebrarum.

ERYSIPELAS. (343)
Inflammatio lata cutis, quæ ſplendet et leviter ac æqualiter tumet.

HIEROPYR. (344)
Eryſipelas cum eminentibus ardentibus puſtulis.
Zoſter dicitur, ſi abdominis cutem occupat.

PARONYCHIA. (345)
Inflammatio dolorifica in ſummitate digitorum.

ONYCHIA. (346)
Inflammatio digiti lateralis ab ungue profundius in cutem demerſo.

ENCAUSIS. (347)
Inflammatio cutis ab uſtione.

PHIMOSIS. (348)
Inflammatio, aut œdematodes tumor præputii, quo glans nudari non poteſt.

PARAPHIMOSIS. (349)
Inflammatio præputii, retro glandem adducti, ut eam tegere non poſſit.

PERNIO. (350)
Cutis rubor ardens, pruriens, a frigore; in exulcerationem tendens.

* * *Tumores.*

** *Tumores.*

PHLEGMONE. (351)
Tumor dolens renitens inflammatorius cum rubore, ovi ſaltem gallinacei magnitudine.

FURUNCULUS. (352)
Tuberculum acutum apoſtematodes, ovum columbinum magnitudine non excedens.

ANTHRAX. (353)
Quaſi malignus furunculus, qui partem mox adurit, puſtulas circum ſe ardentiſſimas ciet, tandem cruſta nigra vel cinerea obducitur, et corruptæ carnis lobum excutit, qua excidente ulcus cavum ſordidumque manet.

ABSCESSUS. (354)
Collectæ in inflammato loco materiæ in pus aut in alienam ſubſtantiam converſio.

ONYX. (355)
Abſceſſus inter corneæ laminas.

HIPPOPYON. (356)
Abſceſſus intra oculum.

PHYGETHLON. (357)
Phlegmone in glandulis emergens.

EMPYEMA. (358)
Abſceſſus in thorace, latus aut partem ejus in tumorem attollens, cum febre hectica, prægreſſa pleuritide vel peripneumonia.

PHYMA. (359)
Tumor glandularum, ſimplici phlegmone atque phygethlo minor, planior, minuſque rubens ac dolens.

ECTHYMATA. (360)
Tubercula ex cute ſubito erumpentia, modo colorem cutis non excedentia, modo rubra fugaciſſima.

URTICARIA. (361)
Tubercula puncturis urticarum ſimilia, rubra, prurientia, fugacia, acuta.

PARULIS. (362)
Tuberculum dolens inflammatum in gingivis.

EPU-

EPULIS. (363)
Tuberculum in gingivis ſine inflammatione.

ANCHYLOPS. (364)
Tumor durus inflammatorius apoſtematodes in cantho oculi interno.

PARAGLOSSA. (365)
Lingua tumida.

CHILON. (366)
Labium tumidum et inflammatum.

SCROFULA. (367)
Tumor glandularum colli et meſenterii indolens obduratus.

BUBON. (368)
Tumor glandulæ inguinalis.

BRONCHOCELE. (369)
Tumor glandulæ thyreoideæ.

PAROTIS. (370)
Tumor glandulæ ejuſdem nominis.

GONGRONA. (371)
Collum tumidum.

SPARGANOSIS. (372)
Tumor mammarum in lactantibus a lactis copia.

COILIMA. (373)
Intumeſcentia abdominis ſubita, flatulenta.

SCIRRHUS. (374)
Tumor durus, indolens, concolor, renitens.

CANCER. (375)
Tumor durus, dolore lancinante gravis, inæqualis, liveſcens aut nigricans.

SARCOMA. (376)
Carnis incrementum tuberculi tumoriſve ſpecie.

POLYPUS. (377)
Sarcoma intra nares, prælongum, pluribus appendicibus adhærens.

CONDYLOMA. (378)
Tuberculum durum, pene indolens in ani margine.
Ejus ſpecies Ficus et Thymus a figura ita dictæ.

GANGLION. (379)
Tumor durus, concolor, indolens tendini insidens.

RANULA, Batrachus. (380)
Tumor ad frenulum linguæ folliculosus, materiam spissam aut tofaceam complexus.

TERMINTHUS. (381)
Tuberculum rotundum, nigrum, præsertim in tibiis enascens, humorum glutinosum et subrubrum exulceratione emittens.

OEDEMA. (382)
Tumor frigidus, laxus, mollis, indolens, circumscriptus aut diffusus, presso digito cedens.

ENCEPHALOCELE. (383)
Cerebrum per hiatum calvæ extrorsum eminens.

HYDROCEPHALUM. (384)
Capitis monstrosus tumor a collecta aqua in cute aut subter calvaria.

HYDROPHTHALMIA. (385)
Totius oculi tumor cum aliquo dolore, adeo ut is palpebris operiri non possit.

SPINA, bifida. (386)
Tumor aquosus exiguus, in nucha aut inferiore spinæ loco, posterioribus vertebrarum dehiscentibus processibus emergens.

HYDROMPHALUS. (387)
Tumor umbilici ab humore in eodem consistente.

HYDROCELE. (388)
Tumor tunicarum, quibus testis comprehenditur, aquosus.

HYDROPS, Scroti. (389)
Tumor tunicæ scroti cellulosæ aquosus.

STEATITES. (390)
Abdominis intumescentia pinguedinosa, graviditatem mentiens.

PNEUMATOSIS. (391)
Totius corporis intumescentia a flatu.

EM-

EMPHYSEMA. (392)
Tumor mollis, frigidus, in ſingulari parte ab aëre celluloſam cutis habitum ingreſſo formatus.

HYSTEROPTOSIS. (393)
Uteri vel vaginæ procidentia, protuberantiam intra aut extra vaginam faciens.

CYSTOPTOSIS. (394)
Membranæ veſicæ urinariæ interioris protuberantia extra urethram.

ARCHOPTOMA. (395)
Inteſtini recti procidentia.

BUBONOCELE. (396)
Tumor in inguine ex annulo muſculi obliqui ab ingreſſo inteſtino omentove, vel utroque conjunctim.

OSCHEOCELE. (397)
Idem in ſcroto tumor.

OMPHALOCELE. (398)
Idem ex umbilico.

MEROCELE. (399)
Tumor ab inteſtino infra ligamentum Poupartii elapſo.

ENTEROCELE, Ovularis. (400)
Hernia inteſtinalis foraminis ovalis, in ſuperiori et interna femoris parte prope perinæum.

ISCHIATOCELE. (401)
Tumor ab inteſtino per hiatum intra ligamenta ſacro-iſchiatica elapſo.

ELYTROCELE. (402)
Hernia in vagina uteri eminens.

HYPOGASTROCELE. (403)
Hernia inteſtini ventralis.

CYSTOCELE. (404)
Prominentia veſicæ per muſculi obliqui annulum, ſub qua urina nonniſi preſſo exterius tumore redditur.

CYRTOMA. (405)
Tumor particularis abdominis a flatibus.

HYDRENTEROCELE. (406)
Tumor ex herniofo et hydropico compofitus.

VARIX. (407)
Tumor venæ mollis, lividus, aut niger.

ANEURISMA. (408)
Tumor arteriæ mollis et pulfans.

CIRSOCELE. (409)
Tumor arteriarum venarumque fpermaticarum inæqualis, renitens.

GASTROCELE. (410)
Hernia ventriculi; tumor inter cartilaginem xiphoiden et umbilicum inque ipfo illo, poft paftum auctus, dolore ftomachi, vomitionibufque ftipatus.

HEPATOCELE. (411)
Hernia ab hepate facta ventralis, vel umbilicalis congenita.

SPLENOCELE. (412)
Hernia a liene, ventralis aut inguinalis.

HYSTEROCELE. (413)
Hernia uteri ventralis vel inguinalis.

HYGROCIRSOCELE. (414)
Aquofus et varicofus tumor vaforum teftis.

SARCOCELE. (415)
Teftis farcoma aut fcirrhus.

PHYSOCELE. (416)
Tumor a flatu herniam mentiens.

EXOSTOSIS. (417)
Tumor in offe circumfcriptus.

HYPEROSTOSIS. (418)
Tumor totius offis.

PÆDARTHROCACE. (419)
Tumor offis, dolore gravis, in exulcerationem tendens.

ENCYSTIS. (420)
Tumor frigidus, indolens, membrana inclufus, et materiam fpiffam complexus.

Atheroma, Steatoma, Teftudo, Talpa, Meliceris ejus fpecies.

STA-

STAPHYLOMA. (421)
Protuberantia corneæ obſcuratæ.

STAPHYLOSIS. (422)
Procidentia uveæ ex cornea diſrupta.

FUNGUS. (423)
Tumor ad articulum mollis, œdematodes.

TOFUS. (424)
Tuberculum ad articulum, tofaceam materiam complexum, in morbo articulari.

FLEMEN. (425)
Tumor pedis circa talos.

* * * *Extuberantiæ.* †

VERRUCA. (426)
Tuberculum ſupra cutim durum, aſperum, ſeſſile vel penſile.
Unde ſpecies Acrochordon, Acrothymium, Myrmæcium.

PORRUS. (427)
Verruca in obſcœnis mollis, madida, tactu dolens.

CLAVUS. (428)
Tuberculum album, rotundum, calloſum, in digitis plantiſque pedum.

CALLUS, ſ. Tylloma. (429)
1. Obdurata ſumma cutis ex labore in palmis aut pedum plantis. 2. Tunica pallida, dura, quæ ſine ſenſu eſt, in ulcere.

ENCANTHIS. (430)
Intumeſcentia carunculæ lacrymalis.

PLADAROTIS. (431)
Tuberculum fungoſum, molle in interiori palpebra.

PINNULA. (432)
Excreſcentia corneæ tunicæ inhæreſcens.

PTERYGIUM. (433)
Excreſcentia, membranulæ forma, rubra ſupra album oculi.

HOR-

† Extuberantiæ ſupra cutim eminent; tumores intra aut ſubter eam exiſtunt.

HORDEOLUM, Crithe. (434)
Tuberculum calidum in abſceſſum fere deſinens, quod e palpebræ margine atque e cilio prorumpit.

GRANDO. (435)
Tuberculum durum, palpebræ fere ſuperiori innaſcens.

VARUS, Ionthos. (436)
Tuberculum in facie durum, exiguum, rubrum, fere calloſum, diſperſum, multiplex.

GUTTA, Roſacea. (437)
Varus quaſi confluens, cum rubedine aſpera maculoſa.

EPHELIS. (438)
Aſperitas quædam et durities mali coloris in facie.

ESOCHE. (439)
Tuberculum intus in ano latens.

EXOCHE. (440)
Idem foris eminens.

**** *Puſtulæ et Papulæ.*

EPINYCTIS. (441)
Puſtula ardens alba, ſubrubra aut ſublivida, ſanie ſubcruenta repleta, ciceris aut fabæ magnitudine, circa quam vehemens inflammatio et dolor.

PHLYCTÆNA. (442)
Puſtula ſubflavo humore diſtenta, lucida, illi ſimilis, quæ ab ambuſtione erumpit, non manifeſto dolens.
In capite Pſydracium vocatur.

HERPES, Serpigo. (443)
Papula ardens, cutem ſerpentibus minimis puſtulis erodens.
Purpura ſcorbutica, quam vocant, veriſſima Serpigo eſt.

SCABIES. (444)
Durities cutis rubicundior, ex qua puſtulæ oriuntur, quædam humidiores, quædam ſicciores, ſaniem rodentem, exulcerantem, cruſtas formantem, et contagioſam complexæ.

AQUULA. (445)
Puſtula palpebrarum, vel pinguis quædam materia, cuti earundem ſubſtrata.

HY-

HYDROA, Boa, Sudamina. (446)
Puſtulæ milii magnitudine, aquoſæ ſine rubore et ſine ullo dolore, ex ſudoribus repente ſparſim toto corpore emergentes.

VARIOLA. (447)
Puſtula purulenta ex macula rubra in ſynocho emergens, contagioſa.

VARICELLA. (448)
Puſtula ſimilis acuta, ex macula rubra in ephemera erumpens, non contagioſa.

PURPURA. (449)
Puſtula pruriens, ſeminis milii magnitudine, rubra vel alba, lucida, acuta.

ENCÁUMA, Phlyzacion. (450)
Puſtula ab uſtione contracta.

* * * * * *Maculæ.*

ECCHYMOMA. (451)
Macula a ſanguine per cutem quaſi effuſo livida vel nigra.
Illa Pelioma, hæc Melaſma ſpeciatim dicitur.

PETECHIÆ. (452)
Maculæ pulicum morſui ſimiles, magnitudine et colore, interdum tamen etiam lividæ in febre acuta.

MORBILLI. (453)
Maculæ acutæ, rubellæ, lateſcentes, et plerumque confluentes, inque ſquamas defluentes, in febre acuta.

SCARLATÆ. (454)
Maculæ latiores ac rubicundiores quam morbilli, ſubflavis nodulis ornatæ, in febre acuta.

LENTIGO. (455)
Macula lentis magnitudine fuſca, multiplex, in facie potiſſimum et in manibus emergens.

URTICARIA. (456)
Maculæ ſubtumidæ, rubentes, prurientes, fugaces.

STIGMA. (457)
Macula coloris coccinei.

VIBEX. (458)
Linea coccinea, qualis relinquitur e flagellis.

VITILIGO. (459)
Macula fœda, fere ſubaſpera, diſperſa, ſerpens, alba (Alphos) aut nigra (Melas.)

LEUCE. (460)
Alphos in qua albi et lanugini ſimiles pili.

CYASMA. (461)
Macula fuſca in fronte, labiis, aut manibus gravidarum.

LICHEN, Impetigo. (462)
Macula ſubrubra aſpera, dura, ſicca, cum ingenti prurigine.

SELINE. (463)
Macula alba in ungue.

NEBULA. (464)
Macula alba in cornea.

****** *Diſſolutiones.*

1. Apoſpaſmata.

VULNUS. (465)
Solutio partis ſolidæ, mollis, a cauſa mechanica, cum effluxu ſanguinis.

RUPTURA. (466)
Solutio partis ſolidæ, mollis, internæ, ab interna cauſa, cum hæmorrhagia.

RHAGAS. (467)
Solutio cutis linearis arida.

FRACTURA. (468)
Diſſolutio oſſis tranſverſa aut obliqua.

FISSURA. (469)
Eadem recta, et ut ligni in longitudinem.

PLICATIO. (470)
Oſſium longorum concuſſio et contorſio citra fracturam.

THLASIS. (471)
Calvaria depreſſa citra fracturam.

LU-

LUXATIO. (472)
Dimotio offis ex articulo fuo perfecta.

SUBLUXATIO. (473)
Cum os ab offe paulum recedit, eaque inter fe dehifcunt.

DIACHALASIS. (474)
Suturæ dimotio.

ATTRITIO, Ecthlimma. (475)
Diffolutio cuticulæ et cutis a compreffione.

PORRIGO, Ptiryafis. (476)
Refolutio cutis in tenues fquamulas, deciduas.

APOSYRMA. (477)
Cutis abrafio, dilaceratio.

ANAPLEUSIS. (478)
Offis corrupti fquamula.

SPASMA. (479)
Species folutionis continui tendinum, ligamentorum, citra rupturam, membri mobilitatem dolorificam inducens.

CONTUSIO. (480)
Cutis mufculorumque conquaffatio dolorifica, plerumque cum ecchymomate, at citra vulnus aut fubftantiæ manifeftam deperditionem.

DIABROSIS. (481)
Erofio cutis a re acri et mordaci interna vel externa.

AGOMPHIASIS. (482)
Dentium vacillatio.

ESCHARA. (483)
Cutis pars dehifcens a viva carne, et in cruftam emortuam mutata.

PIPTONYCHIA. (484)
Unguis deftructio et cafus.

2. Exulcerationes.

CACOETHES. (485)
Ulcus fere magnum oris tumentibus atque callofis.

THERIOMA. (486)
Ulcus in quo caro computrefcit, atque mollis et cadaverofa reddita tetrum odorem exhalat.

CARCINOMA. (487)
Cancri converfio in ulcus, quod nigrum eft, putridum, deterrimi odoris, et vehementer dolet.

PHAGEDÆNA. (488)
Ulcus ferpens, fed folam cutem rodens ac depafcens.

NOMA. (489)
Ulcus quod non afflictam tantum partem, fed et vicinas exedit et abfumit.

SYCOSIS. (490)
Ulcus, in quo multa caro excrefcit.

FISTULA. (491)
Ulcus altum, anguftum, callofum.

SINUS. (492)
Ulcus altum, quod ab angufto ore orfum intus curvatum ampliatur, fine callo.

CARIES. (493)
Ulcus in offe cum fubftantiæ et perioftei corruptione, qua os fpongiofum et friabile redditur.

ACHORES. (494)
Ulcufcula capitis manantia, plurimis ac minimis foraminulis, unde tenuis et glutinofa fanies exit, cutem perforantia.

CRUSTA, lactea. (495)
Achores in facie.

FAVUS, Cerion. (496)
Ulcus multis foraminibus, fed majoribus ac in achore, pervium, ex quibus melli fimilis humor exit. Frequentius in capite, rarius in partibus mufculofis, articulis, et plantis pedum, oritur.

TINEA. (497)
Ulcus capitis, quod denfiffimam, duriffimam, aridiffimamque cruftam facit, ferpens, pilis abbreviatis.

ARGEMON. (498)
Exulceratio in cornea.

ÆGI-

ÆGILOPS. (499)
Anchilops in ulcus converſum.

OZÆNA. (500)
Ulcus narium putridum, e quo graveolens mucus exſtillat.

APHTHÆ. (501)
Ulcera oris aut pudendorum, ſuperficiaria, mucoſa.

INTERTRIGO. (502)
Excoriatio cutis madens ac rubens, a ſudoris vel urinæ acrimonia.

RHACOSIS. (503)
Excoriatio ſcroti laxati.

* * * * * * * *Concretiones.*

ANCYLOBLEPHARON. (504)
Palpebrarum inter ſe conglutinatio.

ZYNIZESIS. (505)
Pupillæ concretio.

DACRYOMA. (506)
Punctorum lacrymalium coalitus.

ANCYLOGLOSSUM. (507)
Linguæ concretio cum partibus ſubjectis, loquelam, ſuctum, deglutitionemque impediens.

ANCYLOSIS. (508)
Articulorum rigor, quo flexus eorundem aut extenſio prohibetur.

CICATRIX. (509)
Callus a conglutinato vulnere ulcereve relictus.
Leucoma in cornea dicitur.

DACTYLION. (510)
Digitorum concretio.

CLASSIS

CLASSIS XI. DEFORMITATES.

PHOXOS. (511)
Cui caput acuminatum et faſtigiatum.

GIBBER. (512)
Protuberantia ſpinæ dorſalis, omoplatæ, oſſiumve thoracis.

Ejus ſpecies Cyphoſis, Lordoſis, Scolioſis, et Seiſis.

CAPUT obſtipum. (513)
Incurvatio colli.

STRABISMUS. (514)
Oculorum diſtortio et inæqualis motus.

MYOPIASIS. (515)
Qua propinqua cernimus, remota vel parum vel nihil omnino.

LAGOPHTHALMUS. (516)
Vitium ſuperioris palpebræ, ſi illa parum deſcendit, oculumque non claudit.

TRICHIASIS. (517)
Obverſio ciliorum ad oculum.

ECTROPIUM. (518)
Vitium palpebræ inferioris, quo parum ſurſum attollitur, ſed hiat, aut extrorſum everſa eſt.

ENTROPIUM. (519)
Palpebræ inferioris inverſio introrſum.

RHOEAS. (520)
Defectus carunculæ lacrymalis, epiphoram faciens.

RHYSSEMATA. (521)
Rugæ et ſordes, quæ in ſenili facie cernuntur.

LAGOCHEILOS, Labium leporinum. (522)
Divifum femel vel bis labium.

MALACOSTEON. (523)
Offium mollities.

HIRSUTIES. (524)
Præternaturalis pilorum in parte generatio.

CANITIES. (525)
Capillorum color albus ante ligitimam ætatem.

DISTRIX. (526)
Exilitas pilorum, modum excedens.

XIRASIA. (527)
Lanuginofa pilorum fuperficies, quafi pulvere fint confperfi.

PHALACROTIS. (528)
Pilorum cafus, qui tabefcentibus et ex morbo graviore convalefcentibus evenit.

ALOPECIA. (529)
Pilorum defluvium, aream relinquens.

Ophiafis ejus fpecies, item Calvities et Pelada.

MADAROSIS. (530)
Ciliorum defluvium.

PTILOSIS. (531)
Eadem cum duritie callofa palpebrarum.

RODATIO. (532)
Ciliorum decurtatio.

PHALANGOSIS. (533)
Ciliorum duplex vel triplex acies.

COLOBOMA. (534)
Defectus particulæ in parte aliqua corporis.

CERCOSIS. (535)
Clitoris prælonga.

CHOLOSIS. (536)
Claudicatio, quando crus vel longius vel brevius fit.

GRYPOSIS. (537)
Unguium aduncatio.

NÆ-

NÆVUS. (538)
Tuberculum, maculave congenita.

MONSTROSITAS. (539)
Deformitas multiplex congenita.

POLYSARCIA. (540)
Corpulentia excedens.

ISCHNOTIS. (541)
Exceſſiva corporis gracilitas.

RHICNOSIS. (542)
Cutis corrugatio cum extenuatione corporis.

VARUS. (543)
Cui crura introrſum verſa.

VALGUS. (544)
Cui crura extrorſum diſtorta.

LEIOPODES, Plancus, Plautus. (545)
Cui pedum medium ab interiori parte non eſt cavum, ſed planum.

APELLA. (546)
Cui præputium citra inflammationem ita contractum eſt, ut glandem non tegat.

HYPOSPADIÆOS. (547)
Cui glans non antice, ſed inferne ſub frenulo perforata.

UROREHOEAS. (548)
Cui urina ex urethra in perinæo exeſa effluit.

ATRETA. (549)
Cujus anus aut naturalia occluſa.

SANIODES. (550)
Cui thorax tabulæ ritu eſt anguſtus.

CRIPSORCHIS. (551)
Cujus unus teſtis aut ambo abſconditi.

HERMAPHRODITUS. (552)
Cui vitioſa naturalium conformatio, ita ut utriuſque ſexus adeſſe videantur.

DIONYSISCUS. (553)
Cui prope tempora duæ eminentiæ oſſeæ, quaſi cornua, naſcuntur.

AR-

ARTETISCUS. (554)
Qui membri alicujus defectum patitur.

NEFRENDIS. (555)
Qui dentibus caret.

SPANOPOGON. (556)
Qui raram habet barbam, et cui e mento pili excidunt.

HYPERARTETISCUS. (557)
Cui membrum aliquod fuperfluum.

GALIANCON. (558)
Cui brachium altero brevis.

GALBULUS. (559)
Cui flavedo corporis congenita.

MOLA. (560)
Maffa carnea, fibrofa, vafculofa, ex utero excreta. Ovum deforme.

Nec filentio prorfus tranfeunda funt vitia quædam occulta, quæ non nifi in cadaverum fectione fe offerunt; velut hydrops pericardii, concretiones vifcerum, offefcentiæ cartilaginum, membranarum, mufculorumque, varices venarum majorum, hydatides, polypi cordis et vaforum, pofitura vifcerum perverfa, bullæ aëreæ in venis et pulmonum fuperficie, aneurifmata aortæ, anguftiæ præternaturales vaforum et ductuum, ipforumque concretiones.

PARS QUARTA.

SYSTEMA MORBORUM SYMPTOMATICUM,

AUCTORE
CLAR. JO. BAPT. MICH. SAGAR,
MEDIC. DOCT. ETC. ETC.

VIENNÆ—M DCC LXXVI.

CLAVIS CLASSIUM ET ORDINUM.

CLASSIS I. VITIA.

ORDO I. Maculæ.
II. Efflorefcentiæ.
III. Phymata.
IV. Excrefcentiæ.
V. Cyftides.
VI. Ectopiæ.
VII. Deformitates.

CLASSIS II. PLAGÆ.

ORDO I. Solutiones recentes plerumque cruentæ.
II. Solutiones artificiales recentes cruentæ.
III. Solutiones incruentæ.
IV. Solutiones anomalæ.

CLASSIS

CLASSIS III. CACHEXIÆ.

ORDO I. Macies.
II. Intumeſcentiæ.
III. Hydropes partiales.
IV. Tubera.
V. Impetigines.
VI. Icteritiæ.
VII. Cachexiæ anomalæ.

CLASSIS IV. DOLORES.

ORDO I. Dolores vagi.
II. Dolores capitis.
III. Dolores pectoris.
IV. Dolores abdominis.
V. Dolores externarum.

CLASSIS V. FLUXUS.

ORDO I. Sanguifluxus.
II. Alvifluxus ſanguinolenti.
III. Alvifluxus non ſanguinolenti.
IV. Serifluxus.
V. Aërifluxus.

CLASSIS

CLASSIS VI. SUPPRESSIONES.

ORDO I. Suppreſſiones egerendorum.
II. Suppreſſiones ingerendorum.
III. Suppreſſiones imi ventris.

CLASSIS VII. SPASMI.

ORDO I. Spaſmi tonici partiales.
II. Spaſmi tonici generales.
III. Spaſmi clonici partiales.
IV. Spaſmi clonici generales.

CLASSIS VIII. ANHELATIONES.

ORDO I. Anhelationes ſpaſmodicæ.
II. Anhelationes oppreſſivæ.

CLASSIS IX. DEBILITATES.

ORDO I. Dyſæſtheſiæ.
II. Anepithymiæ.
III. Dyſcineſiæ.
IV. Leipopſychiæ.
V. Comata.

CLASSIS X. EXANTHEMATA.

ORDO I. Exanthemata contagiosa.
II. Exanthemata non contagiosa.

CLASSIS XI. PHLEGMASIÆ.

ORDO I. Phlegmasiæ musculosæ.
II. Phlegmasiæ membranaceæ.
III. Phlegmasiæ parenchymatosæ.

CLASSIS XII. FEBRES.

ORDO I. Febres continuæ.
II. Febres remittentes,
III. Febres intermittentes.

CLASSIS XIII. VESANIÆ.

ORDO I. Hallucinationes.
II. Morositates.
III. Deliria.
IV. Vesaniæ anomalæ.

CLASSIS I. VITIA.

Symptomata externa levidenſia, palpabilia, abſque notabili cachexia, pyrexia.

ORDO I. MACULÆ.

Mutationes coloris nativi.

LEUCOMA. (1)
Macula corneæ pelluciditatem vitians, opacans.

VITILIGO. (2)
Macula corymboſa cum cutis depreſſione, locum fixum non ſervans in quo naſcatur.

EPHELIS. (3)
Maculæ umbrinæ glabræ, corymboſæ, raro partes tectas afficientes, acquiſitæ.

NÆVUS. (4)
Macula congenita eminens, vel non, ſupra libellam cutis.

ECCHYMOMA. (5)
Eſt macula nigricans, vel atro-rubra, cærulea, liveſcens, in gilvum ſucceſſivè deſinens colorem, nata a ſanguine in adipoſam ſub cute effuſo.

ORDO II. EFFLORESCENTIÆ.

Aſpredines, cum cuticulæ elevatione ultra libellam cutis, humorales, exiguæ, gregales, abſque pyrexia.

PUSTULA. (6)
Phyma aut veſicula colorata ſuppurans, diametri linearis, faſtigiata, pure dehiſcens, quandoque in cruſtam abiens; eſt ſeu furunculus linearis diametri.

PA-

PAPULA. (7)
Phyma parvulum ſeu efflorefcentia deſquamanda, nec ſuppurans.

PHLYCTHÆNA. (8)
Veſicula parva fluido ſeroſo plena, quæ deinde ſponte rumpitur et fundit ſerum.

BACCHIA. (9)
Maculæ rubræ, vel efflorefcentiæ naſi et partium adjacentium eidem, guttatæ, plus minus prominentes, aſperæ, furfuraſcentes, diuturnæ; hoc genus ambigit inter maculas et efflorefcentias.

VARUS. (10)
Tumor piſi magnitudine, plerumque ſat durus, non ſuppurandus, aut deſquamandus, pertinax in glandulis ſebaceis. L.

HERPES. (11)
Papularum prurientium corymbus in ſquamas furfuraceas fatiſcentium.

EPINYCTIS. (12)
Phlycthænarum atro-rubrarum congeries, maxime in tibiis, noctu potiſſimum acriter prurientium.

HEMEROPATHOS. (13)
Papulæ rutilæ crura obſidentes, extra lectum illico apparentes, importune prurientes, in lecto evaneſcentes, diuturnæ.

PSYDRACIA. (14)
Efflorefcentia eryſipelatoſa abſque febre notabili.

HYDROA. (15)
Exanthemata granis milii magnitudine et forma ſimilia ſubito exorta, phlycthænoidea, fugacia, abſque aſthenia, pyrexia, et prægreſſa oppreſſione præcordiorum, miliaria multis habita.

ORDO

ORDO III. PHYMATA.

Tumores humorales ſolitarii.

ERYTHEMA. (16)
Phyma rubrum calens, diffuſum, ſine febre.

OEDEMA. (17)
Phyma album, frigidum, indolens, molle, foveam ex preſſione ſervans plerumque.

EMPHYSEMA. (18)
Phyma cuti concolor elaſticum, ex preſſione aut percuſſione crepitans.

SCHIRRHUS. (19)
Phyma durum, indolens, gravans, frigidum, in partibus glanduloſis enatum, dum externum cuti quoque concolor obſervatur.

INFLAMMATIO. (20)
Eſt tumor ſphæroideus rubore, calore, tenſione, dolore pulſatili inſignis, ſolitarius, plerumque ſat extenſus, in ſuppurationem ſponte vergens.
Eryſipelas non ſuppurat, et Phlegmone habet ſemper pyrexiam conjunctam manifeſtam; inflammatio ſæpius in phlegmone tranſit, vel phlegmone eſt gradus major inflammationis.

BUBO. (21)
Phyma ſcirrhoſo-phlegmonoideum in glandulis inguinalibus.

PAROTIS. (22)
Tumor ſchirroſo-phlegmonoideus parotidis glandulæ, in ſuppurationem lentiſſime vergens.

FURUNCULUS. (23)
Tumor inflammatorius cutaneus, ſeu ſubcutaneus, prominens, profunde ruber, ſphæroideus, cujus centrum occupat vortex fibroſus digere neſcius; ordinario juglandis habet magnitudinem.

ANTHRAX. (24)
Phyma apice gangrænoſum, et in radio inflammatum.

CAN-

CANCER. (25)
Phyma fcirrhofum lancinans, vel phyma lancinans venis varicofis profunde rubris, nigris, lividis obfitum, cinctum, facile fanguinantibus.

PARONYCHIA. (26)
Inflammatorius tumor extremi digiti, cum dolore fæpius perterebrante, calore, tenfione, et fubinde cum rubore.

PHIMOSIS. (27)
Tumor fere femper inflammatorius præputii glandem incarcerans, aut excludens ad coronam hancce vinciendo.

ORDO IV. EXCRESCENTIÆ.

Tumores a folidis adauctis per fuccum nutritium copiofiorem advectum, &c. in hos converfum.

SARCOMA. (28)
Excrefcentia carnis confiftentiam fere habens, plerumque rubra.

CONDYLOMA. (29)
Eft excrefcentia eminens, vel non eminens, firmior carnibus et cute, mollior contra offibus, non elaftica.

VERRUCA. (30)
Excrefcentia cutanea prominens, vix fenfibilis, indolens, prærupta feu afpera fuperficie.

PTERYGIUM. (31)
Eft excrefcentia carnea, vel membranceo-vafculofa ad oculi canthum in globo oculi exorta, alam expanfam utcunque referens, verfufve corneam fefe extendens, crefcens.

HORDEOLUM. (32)
Tumor durus, aut excrefcentia, plus minus mollis, plerumque cuti concolor, ferme fenfu carens, in limbo palpebrarum enata, magnitudine fæpius granum hordei vel pifi æquans.

TRACHELOPHYMA. (33)
Eft tumor varius, non purulentus, neve inflammatorius, anticæ partis colli.

EXOSTOSIS. (34)
Tumor ossis partialis, vel aliquando totius ossis, ut subinde in minoribus fit, ad ossa accedens.

ORDO V. CYSTIDES.

Tumores capsulati fluido referti.

ANEURYSMA. (35)
Cystis arteriosa cruore referta, ex pulsu et situ noscenda.

VARIX. (36)
Dilatatio venæ rubra, nigrescens, ad pressionem recedens, iterumque subito rediens hac cessante, plerumque pruriens, mordicans.

MARISCA. (37)
Tumor in margine ani, ex sanguine in textum vasorum minimorum varicosorum effuso efformatus, ruber, dolens, variæ formæ et magnitudinis. Vide Hæmorrhoidem. L.

HYDATIS. (38)
Cystis lymphæductuum dilatatorum, lympham vel serum continens.

STAPHYLOMA. (39)
Cystis corneæ, ex dilatatione ejusdem ectopia uveæ in cameram oculi anteriorem prolapsæ.
Hoc genus magis ad Ectopias spectat. Vide Caliginem. L.

LUPIA. (40)
Est cystis materiem pultis, vel mellis consistentiam referentem continens, haud purulentam, indolens, cui concolor, loco mobilis.

HYDARTHRUS. (41)
Hydrops vel in capsa articulari, vel in cellulis vicinis, haud in tunica propria; tumor est fluctuans sine coloris mutatione, pulsatione.

APOSTEMA. (42)
Cystis purulenta, vel ichoroso-purulenta; noscitur ex fluctuatione, prægressa inflammatione, albedine, remissione doloris et pulsationis.

EX-

EXOMPHALUS. (43)
Cyſtis umbilicalis, fluido quopiam repleta, abſque ectopia.

OSCHEOPHYMA. (44)
Cyſtis ſcroti variis fluidis turgens.

ORDO VI. ECTOPIÆ.

Partium ſolidarum e ſua ſede dimotio, ſenſibus obvia, continentibus has relaxatis.

EXOPHTHALMIA. (45)
Ectopia oculi.

BLEPHAROPTOSIS. (46)
Eſt palpebræ utriuſque, vel alterutrius, morboſa elongatio, retractio, intro vel extra verſio, cum ſymptomatis cuique ectopiæ propriis.

HYPOSTAPHYLE. (47)
Eſt procidentia ſeu elongatio uvulæ relaxatæ, inflammatæ, ulceratæ, incraſſatæ, attenuatæ, vel bicornis.

PARAGLOSSA. (48)
Eſt linguæ magnitudo minuta, vel aucta; vel plane ſoluto, aut elongato frenulo, in fauces ejuſdem revolutio.

PROPTOMA. (49)
Eſt procidentia appendicum externarum inſolita et morboſa, diverſa a prædictis.

EXANIA. (50).
Sphincteris ani, vel et inteſtini recti inverſi procidentia extuberans, rubra, reducibilis ſemper extra ſtrangulationem.

EXOCYSTIS. (51)
Veſicæ inverſa membrana interior, ſoluta a reliquis per urethram foras pendet, et en exocyſtis!

HYSTEROPTOSIS. (52)
Eſt uteri procidentia tumorem ſiſtens in vagina, vel quandoque extra genitalia pendentem, undique liberum, menſes ſtillantem, ſaltem initio reponibilem, cum doloribus hypogaſtrii,

HYSTEROPTOSIS. (52)

hypogaſtrii, inguinum, urinæ difficultate, animi deliquiis; hæc omnia tactus obſtetricius definit.

COLPOPTOSIS. (53)

Tumor in ſinu muliebri, vel extra pendens, annularis, mollis, perforatus (prolabitur ſubinde una tantum ruga vaginæ) per quod foramen digitus immiſſus altius orificium uteri, uterumque in ſua quaſi ſede abſque colpocele deprehendit, reponibilis; torquet inſuper ægram dyſuria, teneſmus.

GASTROCELE. (54)

Eſt tumor in ſcorbiculo cordis vulgo dicto, vel ad minus ſupra umbilicum inſolitus, hernioſus, ventriculum, aut alia viſcera illapſa, continens, cuti concolor, reponibilis, in decubitu dorſali ſponte recedens, indolens, ex relaxatione integumentorum undecunque orta natus, vomitum cauſſans.

OMPHALOCELE. (55)

Tumor hernioſus ad umbilicum, reponibilis, cuti concolor, indolens plerumque, ex relaxatione integumentorum et peritonæi natus, varia viſcera continens.

LAPAROCELE. (56)

Tumor hernioſus, ventralis ſeu abdominalis, in quocunque loco abdominis aliis herniis non dicato.

MEROCELE. (57)

Tumor hernioſus, in ſuprema et anteriore parte femoris, ad exitum vaſorum cruralium in fœminis præcipue obſervabilis, proprietates herniarum habens.

Vidi Merocelen etiam in viro.

BUBONOCELE. (58)

Tumor hernioſus emergens per annulum vaſorum ſpermaticorum, ſenſim enatus, cuti concolor et indolens, abſente ſtrangulatione.

OPODEOCELE. (59)

Eſt tumor hernioſus in ſummo femine adlatus, genitalium egrediens per ſinuoſitatem oſſis iſchii ſuperiorem, vaſis tranſmittendis dicatam; in fœminis prope alterum vulvæ labium viſitur hæc ectopia; reponibilis, cuti concolor, mollis;

OPODEOCELE. (59)

mollis; dum parvus eſt tumor, vix obſervatur, ſubin eſt elaſticus.

T. I. Auctorum Chirurgicorum Pariſ. p. 709. conſule L.

ISCHIOCELE. (60)

Eſt hernia emergens per inciſuram oſſis ſacri, ſeu hiatum inter os ſacrum et tuber oſſis iſchii, decubitu prono reponibilis.

Rarum genus, et ſat adhuc obſcurum.

COLPOCELE (61)

Eſt tumor hernioſus in vagina emergens, reponibilis, in decubitu ſupino natibus elevatis ſponte recedens plerumque, indolens, abſque ſignis aliorum tumorum qui hic enaſci ſolent.

PERINÆOCELE. (62)

Tumor hernioſus in perinæo ad unam vel alteram, aut plane utramque, ut vidi in parvula puella, partem, raphes, mollis, reponibilis, cuti concolor; ſubin eſt effectus dyſtociæ.

Species hujus generis veſicalis, inteſtinalis, omentalis, patent una cum therapeia ex prioribus.

PERITONÆOREXIS. (63)

Sunt herniæ omnes jam deſcriptæ ob rupturam peritonæi natæ; rixis vero peritonæi ſigna ſunt, crepitis in violentia aliqua majore peritonæum lacerante, herniæ alicujus ſubita et magna protuberantia, eruptio; dolor in loco rixis major aut minor.

Species ſunt hujus generis tot, quot genera jam numeravi herniarum. Hernia eſt extenſio præternaturalis peritonæi et integumentorum cavum formans, recipiens viſcera adjacentia; præter prædictas hernias dantur herniarum varietates: Sic dantur herniæ partiales inteſtinales, ubi media pars fiſtulæ inteſtinalis cavum hernioſum ingreditur, altera parte libera in abdomine manente; dantur herniæ accretæ, in quo caſu pars illapſa cavi hernioſi peritonæo accreſcit; cavum hernioſum quandoque præter viſcera illapſa liquorem in abdomine collectum continet; ſæpius quoque partes cavum hernioſum ingreſſæ incarcerantur a ſpaſtice contracto annulo, unde ileus naſcitur, quem vidi ſuo loco.

Peritonæorexis pertinet quidem ad rupturam; ſed, propter affinitatem ejuſdem cum herniis, hic eandem ſubjunxi.

EN-

ENCEPHALOCELE. (64)

Eſt cerebri, aut cerebelli, vel utriuſque ſimul, per hiatus oſſium cranii necdum ſat cohærentium, ectopia herinoſa, relaxata pariter lamina utraque duræ matris et piæ externa tenuiſſima pellucida; ſymptomata ſubin non magna, ſubin contra graviſſima cauſſans.

HYSTEROLOXIA. (65)

Eſt uteri gravidi, vel non gravidi, in abdomine ſitus ſeu directio aberrans a directione naturali axeos ſuæ, noſcenda ex orificii uterini directione mutata, palpo externo abdominis, cum aliis ſymptomatis inconſuetis; ut iſchuria, dyſuria, enureſi, obſtipatione, &c.

PARORCHIDIUM. (66)

Eſt teſticuli unius, vel utriuſque, a ſitu naturali aberratio.

EXARTHREMA. (67)

Eſt ſeparatio contigui in oſſium articulis per diarthroſin combinatorum, noſcenda ex impotentia ad motum, mutatione nativæ conformationis, dolore, protuberantia inſolita, cavitate, muſculorum tenſione, converſione artus, accuratione membri, vel prolongatione.

DIASTASIS. (68)

Oſſium receſſus junctorum per raphen, harmoniam, ſynchondroſin, aut ſyndeſmoſin, cognoſcibilis cavitate inſolita uno in loco, in altero vero tumore, mutatione poſituræ, et reliquis ſymptomatis oculo et tactui patentibus.

LOXARTHRUS. (69)

Eſt oſſium articulatorum ſitus relativus in alienum conſtanter mutatus, ſeu obliquitas reſpectiva perſiſtens citra exarthrema et ſpaſmum.

Vide Subluxationem et Diſtorſionem.

GIBBOSITAS. (70)

Eſt oſſium pectus, vel pelvim componentium, indecora prominentia a tumore, luxatione, diaſtaſi, torſione, preſſione, aut alio principio nata.

LORDOSIS. (71)

Oſſium longiorum fiſtuloſorum circa medium inflexio, incurvatio, ectopia a linea recta.

ORDO VII. DEFORMITATES.

Sunt vitia quæ vix ſanitatem lædunt.

LAGOSTOMA. (72)
Labium oris fiſſum.

APELLA. (73)
Eſt præputii, vel alterius appendicis mollis, brevitas, parvitas.

POLYMERISMA. (74)
Partium numerum ordinarium exceſſus.

EPIDOSIS. (75)
Appendicum mollium incrementum inconſuetum ſanum.

Species ſunt penes prælongi, auriculæ pendentes, præputia longiſſima, clitoriſmus, caro pubis fœminarum Africanarum, naſones, labia tumida oris, &c.

ANCHYLOMERISMA. (76)
Eſt partium concretio.

HIRSUTIES. (77)
Pili copioſiores, longiores, vel in locis ubi non ſolent creſcere obvii, dant ideam hujus generis.

CLASSIS

CLASSIS II. PLAGÆ.

Continui ſolutiones, morbi proprie chirurgici perſæpe ſat graves.

ORDO I. SOLUTIONES.

Recentes, quaſi ſemper cruentæ.

VULNUS. (78)
Eſt continui ſolutio molli in parte hians, labiata, cruenta, ab inſtrumento mechanico ſcindente facta.
Corneæ vulnus cruorem non fundit.

PUNCTURA. (79)
Continui ſolutio intus extenſa tantum, eaque inſtrumento pungente facta caſualiter.

SCLOPETOPLAGA. (80)
Eſt vulnus a glandibus e bombardis, aut ſclopetis exploſis illatum, vaginatum, decurſum glandis deſignans, oblongum, vexatum.

MORSUS. (81)
Eſt plaga recens, quam animalia dentibus inferunt mordendo.

EXCORIATIO. (82)
Eſt epidermidis a cute, vel cutis a carnibus ſeparatio, detractio.

CONTUSIO. (83)
Eſt partis cujuſcunque mollis, vel ſolidæ, in minimis vaſculis, fibris attritio, fractio, ſolutio.

RU-

RUPTURA. (84)
Membranarum, tendinum, aut ligamentorum dialyſis per tenſionem facta, vires horum excedentem.

Conſule chirurgos, et de utero rupto Cl. Henric. Crantz, ingenii excitatiſſimi virum; huc pertinet peritonæorexis.

ORDO II. SOLUTIONES,

Recentes, cruentæ, et artificiales.

OPERATIO. (85)
Eſt ſtudioſa ſolutio continui ad aliquid eximendum, ut lithotomia.
Operatio reipſa eſt vulnus ſtudioſa et dextra mnau factum chirurgi, morbum relinquens hujus claſſis.

AMPUTATIO. (86)
Vulnus detruncatione partis totalis factum.

SUTURA. (87)
Eſt ſtudioſis puncturis mediante acu factis, filiſque per puncturas trajectis, ſolutorum mollium contractio, adductio.
Sutura ſicca fit emplaſtris, quæ huc non ſpectat, quum non ſit plaga.

PARACENTESIS. (88)
Eſt artificialis punctura in aliquod cavum corporis, plerumque acu triquetra cannulata facta.

ORDO III. SOLUTIONES,

Incruentæ, nec ad priores referendæ, pus, ſaniem, cariem, &c. ſiſtentes.

ULCUS. (89)
Eſt vulnus ſuppuratum partis mollis, vel ſolutio continui mollis antiqua, pus, ichorem, aut ſaniem quamcumque alens, fundens.

EXULCERATIO. (90)

Eſt excoriatio ſuppurans, ſeu ulcus ſuperficiale.

Reliqua, quæ ad hoc genus ſpectare videntur, ex ulcere patent.

FISTULA. (91)

Eſt ulcus cortice calloſo vaginatum, ore anguſtatum, oblongum.

SINUS. (92)

Eſt cavitas ulceroſa ampla, ſæpe multiplex, ore anguſto non calloſo, vel plane nullo donata.

ESCHARA. (93)

Cruſta mortua ſicca partis mollis ſæpius cauſticis facta eſt eſchara, ſenſus et vitæ expers.

CARIES. (94)

Oſſis eroſio cava, aſpera, perioſtio denudata, plerumque nigra; unde os evadit fragile, friabile, vel exfoliabile.

Species numerat hoc genus ſequentes; eſt nimirum caries ſicca, humida, exfoliabilis, ſyphilitica, ſcorbutica, ſcrophuloſa, varioloſa.

ARTHROCACE. (95)

Ulcus medullæ ab interioribus ſponte natum, cum oſſis carie, exoſtoſi, et perſæpe dolore.

Species numerat hoc genus fere totidem quot Caries; vulgo vocatur ſpina ventoſa: Conſule ſuper hac Petit de morbis oſſium.

ORDO IV. SOLUTIONES,

Anomalæ, quæ prioribus includi renuunt.

RHAGAS. (96)

Eſt ſolutio continui ſicca in partium mollium marginibus, ut labiis oris.

Species includit Rhagas veneream, malignam, peſtiferam, frambæſiacam, ulceroſam, benignam, lixivialem, glacialem, &c.

AMBUSTIO. (97)

Eſt plaga a flamma ignis, corporibuſque ex igne candentibus, liquidis ferventibus, aut radiis ſolis in focum co-

actis,

AMBUSTIO. (97)
actis, noſtro corpori illata, ſuccedentibus phænigmo, phlyctænis, vel eſchara.

FRACTURA. (98)
Eſt diviſio oſſium in fragmenta ſeparabilia.

FISSURA. (99)
Diviſio oſſium rimam referens, hæcceve non penitus ſeparans.

CLASSIS III. CACHEXIÆ.

Coloris, figuræ, molis, in corporis habitu, ſine notabili febre, depravatio.

ORDO I. MACIES.

Diminutio voluminis corporis ex conſumptione pinguedinis, vel ſanguinis defectu.

TABES. (160)
Eſt macilentia univerſalis, cum pyrexia lenta et habituali, citra tuſſim puriſve anacatharſin.

PHTHISIS. (161)
Corporis emaciatio, cum amphimerina lenta, tuſſi, dyſpnœa, et ut plurimum puris ſputo.
Ab initio rarius in phthiſi adeſt puris ſputum, in Statu contra et ſine ſemper. Quid eſt proprie pus?

ATROPHIA. (162)
Eſt macies ſine tuſſi, anacatharſi, et febre notabili.
Raro equidem eſt atrophia ſine omni febricula. Conſule definitionem febris.

HÆ-

HÆMATAPORIA. (103)

Macies ſeu cachexia ex inopia ſanguinis.

Deſcriptio: Virium debilitas, pertinax aurium ſibilus, anorexia, facies lurida epidelio tecta, pallidiſſima, alvi fluxus, diabetes, ſudores profuſi, lipothymiæ, tibiæ tumidæ, ſubin hydrothorax his ſuccedens, vigiliæ, ſuſpiria, animi abjectio, mœror, mortis timor, urina pallida, venæ abditæ, pulſus vacuus, ſanguinis profluvia prægreſſa, ſunt ſigna hæmataporiæ; aliquando aër evolutus locum ſanguinis in vaſis occupat.

ARIDURA. (104)

Macies, exſiccatio unius tantum artus, vel partis corporis, ſine febre.

ORDO II. INTUMESCENTIÆ.

Deformitas ex volumine, mole, auctis.

PLETHORA. (105)

Intumeſcentia univerſalis, proportionata, et æquabilis, ex abundantia ſanguinis.

Deſcriptio: Amyſtidis et ventris cultus, pulſus plenus aut ſuppreſſus, venarum amplitudo conſpicua: Æſtus et gravitas totius corporis, reſpirandi difficultas, laſſitudo ſpontanea, ſtupor artuum, ſomni turbati, partes epidelio tectæ ruberrimæ, temperamentum ſublaxum, ſanguineum.

POLYSARCIA. (106)

Intumeſcentia univerſalis, mollis, pallidula, ab adipe nimium aucto.

PNEUMATOSIS. (107)

Intumeſcentia univerſalis ab aëre, ad attactum crepitans, elaſtica, levis.

ANASARCA. (108)

In tumeſcentia univerſalis œdematoſa, non elaſtica, veſtigium digiti impreſſi ſervans, pallida, frigida, haud crepitans.

PHLE-

PHLEGMATIA. (109)
Intumefcentia œdematofa artuum inferiorum mollis, cuti concolor, indolens, foveam digiti impreffi fervans, non elaftica.

PHYSCONIA. (110)
Eft intumefcentia abdominis a partibus folidis præternaturalis, fine graviditate, fluctuatione, et elafi, ad tactum dura, refiftens, parenchymatica.

GRAVIDITAS. (111)
Intumefcentia abdominis ex imo hypogaftrio incipiens, in axique ejufdem afcendens, opus generationis fubfequens, partu terminanda.
Pathemata gravidarum, menoftafia, mutationes oris tincæ, motus infantis fenfibilis, funt totidem characteres hujus generis.

ORDO III. HYDROPES PARTIALES.

Tumores a fluidis in cavitatibus congeftis, ut abdomine, &c.

HYDROCEPHALUS. (112)
Hydrops capitis a fero.

PHYSOCEPHALUS. (113)
Eft tumor totius capitis emphyfematofus elafticus, fub digito premente crepitans.

HYDRORACHITIS. (114)
Tumor cyfticus ex hiatu vertebrarum lumbarium, vulgo fpina bifida, in recens natis protuberans cum anæfthefia.
Eft verus hydrops thecæ fpinalis. A.

ASCITES. (115)
Gravis, fphæroidea, et fluctuofa abdominis intumefcentia, non elaftica, cum polydipfia, urina pauca, lixiviali, lateritia.

HYDROMETRA. (116)
Tumor hypogaftrii fine graviditate, ab utero fluidis diftento, rotundus, fluctuans, leges gravitatis fequens; dolor

inguinum,

HYDROMETRA. (116)

inguinum, ſpirandi difficultas, menoſtaſia, rigores, mammarum mollities, phlegmatia, et tactus orificii uterini, diagnoſin firmant.

PHYSOMETRA. (117)

Eſt conſtans tumor hypogaſtrii a flatu uterum diſtendente, rotundus, elaſticus, lævis, in ſede uteri.

TYMPANITES. (118)

Eſt intumeſcentia totius abdominis, lævis et elaſtica, a pulſatione ſonum edens, cum ructibus, borborygmis, conſtipatione, et doloribus abdominis.

Chronicus eſt hic morbus.

METEORISMUS. (119)

Eſt intumeſcentia flatulenta epigaſtrii, hypochondriorum, vel totius abdominis, fugax et plerumque indolens.

ORDO IV. TUBERA.

Tumores partium ſolidarum externi, non hydropici, cachexia.

RACHITIS. (120)

Eſt deformitas nata ex articulorum tumore duro, carnium marcore et flacciditate, capitis mole, ſterni protuberantia; ingenium præcox in infantibus, oſſiumve flexilitas et lordoſis.

SCROPHULA. (121)

Tumores ſubſcirrhoſi glandularum colli, meſenteriive, cum labiis naſoque craſſioribus.

Scrophula ordinario mollior eſt ſchirro.

CARCINOMA. (122)

Ulcera cancroſa, ſordida, labiis duris everſis, ſcirrhoſis, ex quibus ichor manat acris et rodens; adſunt inſuper dolores lancinantes, excreſcentiæ fungoſæ, venæ adjacentes varicoſæ, non inepte pedes cancri referentes, et febris hectica.

LEON-

LEONTIASIS. (123)
Cognoſcitur ex mutatione formæ humanæ in ferinam aliquatenus; unde aſpectus hominis ferinus.

MALIS. (124)
Morbus eſt, qui cognoſcitur tumoribus, ulceribus, quæ inſecta vermiformia vel horum larvæ excitarunt, in quibus nidulantur, et ex apertis prodeunt.

FRAMBÆSIA. (125)
Morbus contagioſus, aliquando et congenitus apud Americanos, cujus præcipua ſymptomata ſunt excreſcentiæ fungoſæ mori fructus referentes, quibus ſeſe adjungunt ulcera dyſepulota, exoſtoſes, caries, anchyloſes, et macies.

ORDO V. IMPETIGINES.

Morbi contagioſi, chronici, qui cutis excreſcentias, tumores gregales, exulcerationes, cruſtas, inducunt, plures foventur a viru inoculabili.

SYPHILIS. (126)
Ulcuſcula, porri, ficus, bubones, tophi, nodi, poſt vel cum gonorrhœa plerumque; dein puſtulæ cruſtoſæ, dolores nocturni, oſtocopi, exoſtoſes, caries, macies, et color luridus, morbum adeſſe loquuntur.

SCORBUTUS. (127)
Cognoſcitur ex maculis lividis, flavis, cœruleis tibiarum, ſtomacace, facie lurida, urina pellicula tecta.

ELEPHANTIASIS. (128)
Facies deformis, tubera calloſa, ozæna, raucedo, cutis elephantina craſſa et unctuoſa, rictus ſatyrorum, anæſtheſia in artubus, conſtituunt characterem hujus generis.

LEPRA. (129)
Cognoſcitur ex puſtulis verrucoſis, duris, craſſis. herpetoſis, vel ſquamis ſiccis in corymbos diſpoſitis, prurientibus, eſcharoticis, rhagadibus.

Dum plures ſunt ſiccæ puſtulæ, Sicca: ubi vero, e contra, plures humidæ et exulceratæ, Humida dicitur lepra.

SCABIES.

SCABIES. (130)

Cognoſcitur ex puſtulis, vel phlycthænis, lentis vel ſecalis grani magnitudine, lympham aut ſaniem continentibus, quæ ſcalpendo ruptæ cruſtas prurientes formant.

Contagioſus hic morbus et inoculabilis flexuras artuum maxime occupat.

TINEA. (131)

Incipit a puſtulis vel phlycthænis capitis aut faciei diverſicoloribus, quæ ruptæ in cruſtas humidas vel ſiccas abeunt corymboſæ.

Videtur nimirum eſſe ſcabies capitis, et nihil aliud.

ORDO VI. ICTERITIÆ.

Cognoſcuntur ex totius cutis colore inaſſueto, pallido, flavo, nigro, rubro, lurido, ſine pyrexia notabili.

AURIGO. (132)

Flavedo cutis ad aureum, vel aurantium tendens colorem, præcipue vero ſcleroticæ membranæ.

MELASICTERUS. (133)

Color cutis et ſcleroticæ niger, atro-lividus, fuliginoſus, conſtituunt characterem hujus generis, cum mœſtitia et perturbatione mentis.

PHOENIGMUS. (134)

Morbis hicce apyretus rubedine cutis diffuſa maculata, vel punctata, notatur.

CHLOROSIS. (135)

Pallor faciei totiuſve corporis, cum aſthenia, et ſæpius pica, ſine aurigine ſcleroticæ; color eſt albus, cinereus, fuſcus, cereus, luridus, aut vireſcens, cum ſclerotica ſemper albiſſima perſeverante.

ORDO VII. CACHEXIÆ ANOMALÆ.

Noſcuntur ex ſignis claſſeos et affinitate cum prioribus generibus.

PHTHIRIASIS. (136)
Exortus inſectorum, pediculorum, aut his affinium, cum porrigine, exulceratione, pruritu, cachexia.

TRICHOMA. (137)
Morbus contagioſus Hebræorum, cujus præcipuum ſymptoma eſt capillorum conſpurcatio, complicatio, conglutinatio, et in cirros ac funiculos concretio inextricabilis, ſæpius cum phthiriaſi.
Hæreditarius eſt morbus hicce.

ALOPECIA. (138)
Defluvium pilorum et deſquamatio cuticulæ conſtituunt characterem hujus morbi, cunctis animantibus communis.

ELCOSIS. (139)
Copioſa ampla ulcera, fœtida, carioſa, chronica, cum pyrexia lenta, produnt hoc genus.

GANGRÆNA. (140)
Anæſtheſia, immobilitas, frigus, phlycthænæ lympham continentes, flacciditas, lividitas, et partis mors in cute et membrana celluloſa, vel in omnibus ad oſſa uſque, textus facilis, laceratio et diſſolutio putrida, cum fœtore cadaveroſo, definiunt hoc genus.

NECROSIS. (141)
Eſt partis mors lenta ſine prævio tumore, mollitie, et diſſolutione fœtida, cúm dolore ardente ordinario et ſtupore, quæ ſequitur exſiccatio partis, induratio, nigredo, et mumia.
Differt a gangræna in eo, quod lentius procedat, cum dolore rodente et ſtupore, et in mumiam abeat; gangræna contra molleſcat, phlycthænas elevet, putreſcat, fœteat, atque cito decurrat.

CLASSIS IV. DOLORES.

Ingrata et molesta sensatio, aut imaginatio, qualis ex nervearum partium laceratione, rosione, ustione, pressione, distractione, oritur, reliqua symptomata superans hanc definit classem.

Sensationes molestæ ad febres non referendæ.

ORDO I. DOLORES Vagi.

Sæpius universales, aut cutanei ad phlegmasias non referendi.

ARTHRITIS. (142)
Articulorum dolor spontaneus, periodicus a synovia corrupta.

OSTOCOPUS. (143)
Est dolor constans et notabilis ossium, a periostio interno potissimum affecto, ex pressione non exacerbans, fixus.

RHEUMATISMUS. (144)
Dolor diuturnus in parte carnosa, tendinosa artuum, vagabundus, sæpius sine coryza, rheumate, catarrho, erysipelate, et sine febre notabili; (acutus rheumatismus facit genus inter phlegmasias Myositin a me dictum;) sanguis missus rheumatismo laborantium est gelatinosa crusta tectus, et urina sæpe ad sulphureum colorem accedit.

CATAR-

CATARRHUS. (145)
Colli collove vicinarum partium dolor a frigore fuſcepto, cum tuſſi, coryza, levi partium intumeſcentia, et pyrexia veſpertina exigua, ſeu amphimerina catarrhali.

ANXIETAS. (146)
Moleſtia ad loci mutationem aſſiduam cogens ægrum, quem habet.

LASSITUDO. (147)
Eſt ingrata ſenſatio, juncta cum debilitate, quæ ad quietem cogit virium reparandarum gratia.

STUPOR. (148)
Eſt moleſta ſenſatio cum obſcuritate tactus.

PRURITUS. (149)
Moleſta ſenſatio ad ſcalpendum cogens.

ALGOR. (150)
Moleſtia qualis a ſummo aëris frigore excitatur, jam cum phricaſmo, rigore, vel concuſſione corporis, jam ſine his ſymptomatibus.

ARDOR. (151)
Moleſtia qualis a ſummo aëris calore producitur.

ORDO II. DOLORES CAPITIS,

Faciei, vel Capillitii.

CEPHALALGIA. (152)
Eſt capitis gravitas vel ſenſatio moleſta, quæ refert caput interius diſtenſum, turgidum, et quaſi gravatum, malum haud chronicum.

CEPHALÆA. (153)
Eſt dolor capitis chronicus, et, juxta Stahlianos, tenſivus. Videtur ſola diuturnitate a cephalalgia differre receptiſſimum hoc genus.

HEMICRANIA. (154)
Eſt morbus, cujus præcipuum ſymptoma eſt dolor in alterutro capitis latere, potiſſimum ad tempora, frontem, ac oculos, iſque vehemens ſæpe et periodicus quandoque.

OPH-

OPHTHALMIA. (155)

Cognofcitur ex oculi dolore, rubore, intolerantia lucis, et lacrymatione, vel ficcitate.

OTALGIA. (156)

Dolor in aure.

ODONTALGIA. (157)

Dolor dentium maxillarumque, cum vigiliis et fæpius ptyalifmo, maxillæ aut genarum tumore.

ORDO III. DOLORES PECTORIS

Anhelationis expertes.

PYROSIS. (158)

Ardor œfophagi ad ventriculum ufque extenfus, fine febre. Vulgo Soda dicitur.

CARDIOGMUS. (159)

Eft gravis pertinaxque moleftia in præcordiis, cum fenfu ponderis auctæve molis et pulfatione, quæ ad minimum motum augentur.

Aneuryfmati cordis, auricularum, finuum, et arteriarum tribuitur Cardiogmus, feu dolor cordis.

ORDO IV. DOLORES ABDOMINIS

Interni.

CARDIALGIA. (160)

Moleftia ad epigaftrium et ventriculum relata, fyncopen minitans.

GASTRODYNIA. (161)

Notabilis et durans in regione ventriculi dolor, fine fyncope et pyrexia.

COLICA. (162)

Eft dolor potiffimum inteftini craffi regiones occupans in abdomine, hujufque officia turbans, fine febre notabili, cum pulfu plerumque fuppreffo, rariore, et obftipatione.

HEPA-

HEPATALGIA. (163)
Molesta sensatio gravativa, tensiva, aut quævis alia in regione hepatis, sine pyrexia acuta.

SPLENALGIA. (164)
Est dolor pertinax gravativus, tensivus, in regione lienis, cum aliquali dyspnœa, pulsu in inspiratione intermittente, tumore et duritie, sine pyrexia.

NEPHRALGIA. (165)
Dolor fixus in regione renum et ureterum, sine pyrexia acuta.

HYSTERALGIA. (166)
Dolor in regione uteri, sine parturitionis nisu et phlegmasia notabili.

ORDO V. DOLORES EXTERNARUM

Partium locales.

MASTODYNIA. (167)
Dolor mammarum.

RACHIALGIA. (168)
Atroces dolores abdominis, ad lumbos et dorsum serpentes, pressione non crescentes, cum umbilici subin retractione, alvi constipatione, convulsione, manuum torpore, paresi, paralysi, ac contracturis artuum, definiunt hunc morbum.

LUMBAGO. (169)
Est dolor lumborum corporis erectionem impediens, sine nausea, ureterum dolore, femoris stupore, urinæve vitiis; dolor est in musculis spinæ dorsi aut ligamentis.

ISCHIAS. (170)
Dolor constans coxendicis, pelvis, et capitis femoris, nec non musculorum ejusdem; hinc difficultas gradiendi, standi, claudicatio, frigus partis; conatus ad deponendam alvum dolorem augent ischiadicum.

PROCTALGIA. (171)
Est dolor podicis.

PUDEN-

PUDENDAGRA. (172)
Dolor partium genitalium tum in viris tum in fœminis.

DIGITIUM. (173)
Eſt dolor periodicus articuli cujuſdem digiti, cum emaciatione et oſſis friabilitate, ſine omni phlegmaſia.
Vide III. De Sauvageſ. tom. i. p. 150.

CLASSIS V. FLUXUS.

Exitus inſolitus cujuſvis fluidi vel ſolidi e corpore.

ORDO I. SANGUIFLUXUS.

Sanguinis, vel ſaltem ſanguinolentæ materiæ ejectio ſeu effluxus, quacunque via, præter alvinam.

HÆMORRHAGIA. (174)
Eſt fluxus ſanguinis e naribus.

HÆMOPTYSIS. (175)
Eſt ſanguinis expectoratio ſeu anacatharſis, cum tuſſi ſine notabili pyrexia.

STOMACACE. (176)
Stomacace laborantibus ſanguis diſſolutus promanat e gingivis laxis, ſordidis, et fœtidis, ſponte, vel ad levem harum attactum.

HÆMATEMESIS. (177)
Eſt ſanguinis rejectio ex œſophago, cum vomitorio conatu, anxietate magna, et animi deliquiis; obſervantur et fæces alvi ſanguine tinctæ, nigricantes.

HAE-

HÆMATURIA. (178)

Eſt effluxus ſeu minctio cruoris, urinæ cruentæ ex veſica, vel ſeminis ſanguinolenti ex urethra, in viris et mulieribus.

METRORRHAGIA. (179)

Sanguinis ex utero aut vagina fluxus morboſus, nimius.

ABORTUS. (180)

Eſt fœtus immaturi, id eſt, ante nonum menſem graviditatis ſaltem aliquot ſeptimanis excluſio, ſubin cum metrorrhagia.

Symptomata ſunt, laſſitudo, anorexia, frigus, mammarum flacciditas, lumbago, hyſteralgia, lipothymia, &c.

ORDO II. ALVIFLUXUS

Sanguinolenti.

HEPATIRRHOEA. (181)

Eſt alvi fluxus per inferiora ſanguinolentus, nec ater, nec torminoſus.

HÆMORRHOIS. (182)

Eſt ſanguifluxus ex tuberculis, mariſcis rubris, duris, dolorificis, finem inteſtini recti obſidentibus, vel in recto latentibus.

Sentiunt poſteriora tubercula ægri in recto ſæpius obſtipati, et digitus immiſſus inteſtino hæc offendit; ſanguis in depoſitione alvi præcedit, vel ad minus comitatur, excrementa.

DYSENTERIA. (183)

Eſt frequens torminoſa mucoſo-cruenta alvi dejectio.

MELÆNA. (184)

Eſt fluxus materiei nigricantis, atro-rubræ, ano vel cato frequens.

ORDO III. ALVIFLUXUS

Non ſanguinolenti.

NAUSEA. (185)

Eſt inanis vomendi conatus, et tamen maximis licet niſibus nihil niſi flatus aut mucus exiguus exantlatur; adeſt anorexia, gaſtrodynia, motus oſſis hyoidis ad ſuperiora, ptyaliſmus; capitis ad anteriora inclinatio, tremor labii inferioris, &c.

VOMITUS. (186)

Eſt palpabilium materierum non cruentarum per os œſophagumque rejectio frequens ex ventriculo.

Cauſa eſt antiperiſtaltica ventriculi contractio, concurrente diaphragmatis et muſculorum abdominalium preſſione, cum ſimultanea expiratione; pulſus eſt contractus, rigidus, et frequens.

ILEUS. (187)

Gaſtrodynia, obſtipatio, anxietas, et vomitus demum fæculentæ materiæ, determinant hunc morbum.

Atrocia circa umbilicum tormina, ructus, nauſea, ſingultus, inteſtinorum volutatio, virium proſtratio, pertinax alvi obſtipatio, et vomitus demum fæculentus, ſunt ſymptomata principalia hujus morbi.

CHOLERA. (188)

Eſt ſyndrome ex vomitu, diarrhœa, gaſtrodynia, proſtratione virium, et ſubin ſurarum crampo.

DIARRHOEA. (189)

Eſt recrementorum et excrementorum ut plurimum fluxilium frequens per anum dejectio notabilis et conſtans, adeoque morboſa.

COELIACA. (190)

Eſt albeſcentium, aut chyliacearum materierum per alvum frequens dejectio, plerumque profuſa, cum torminibus et proſtratione virium.

LIEN-

LIENTERIA. (191)
Alimenta parum aut nihil mutata per alvum dejiciunt, et quidem plerumque paulo poſt ingeſtionem, lienterici.

TENESMUS. (192)
Muci frequens et pauca dejectio per anum, cum intenſa dejiciendi cupiditate, conatuque eidem proportionali.
Stimulum et dolorem ſentiunt ægri in inteſtino recto.

PROCTORRHOEA. (193)
Eſt fluxus mucoſi ſubalbi, flaveſcentis, quandoque ſtriis ſanguineis tincti, humoris ex vaſis hæmorrhoidalibus externis, vel in recto latitantibus, qui humor ordinario ſpiſſior eſt, dum ex internis vaſis ſtillat, ſcybalaque præcedit.

Vide Lieutaud, tom. i. p. 396. num. 4. Pruritum præterea et ardorem hoc fluore madentes et fœtentes in podice ſentiunt, queruntur. Species non adeo magni momenti in praxi poſſunt eſſe proctorrhœa externa, interna, periodica, ſanguinolenta, hujus generis, quod etiam proctolucorrhœa vocari poteſt, ob ſimilitudinem cum leucorrhœa.

ORDO IV. SERIFLUXUS.

Fluidi nec ſanguinolenti, nec per alvum, effluxus morboſi.

EPHIDROSIS. (194)
Eſt ſudoris quantitate, qualitate, aut intempeſtivitate peccantis, excedentis effluxus.

EPIPHORA. (195)
Eſt oculis conſtans effluxus humoris ſeroſi, lacrymalis, ſebacei, aut purulenti, morboſus.

CORYZA. (196)
Eſt humoris ſeroſi mucoſive e naribus fluxus morboſus, ſine, vel cum ozæna, concomitante plerumque gravedine capitis.

PTYALISMUS. (197)
Eſt ſalivæ mucive, ſine anacatharſi ac vomitione, ex ore effluxus, emiſſio, aut ſputatio uber et conſtans.

ANACATHARSIS. (198)
Eſt muci, lymphæ, aut puris facta cum tuſſi e pectore per os rejectio frequens, notabilis, et morboſa.

DIABETES. (199)
Subita potus omnis per urinæ vias emiſſio, vel urinarum utcunque coctarum nimia profuſio, cum ſiti, anorexia, et polydipſia.

ENURESIS. (200)
Involuntaria et inopportuna doloris et ardoris expers minctio, quæque ſæpius inſciis accidit.

PYURIA. (201)
Eſt purulentæ, albæ, flavæ, mucoſæ, aut lutulentæ materiæ cum urinis minctio.

LEUCORRHOEA. (202)
Eſt ſeroſæ, flavæ, puriformis, mucoſæ, fœtidæ, atræ, &c. materiæ ex utero aut vagina delapſus, effluxuſve morboſus.

LOCHIORRHOEA. (203)
Eſt lochiorum alborum nimius fluxus puerperam debilitans.

GONORRHOEA. (204)
Eſt ſtillicidium fluidi ſeminalis, vel puriformis, ex urethra, ſine minctione.

GALACTIRRHOEA. (205)
Eſt ſtillicidium lactis e mammis, vel locis inſolitis.

OTORRHOEA. (206)
Eſt fluxus ſeroſus, purulentus, fœtidus, ex cavo auris, meatu auditorio, vel ambitu auriculæ.

ORDO

ORDO V. AERIFLUXUS.

Sunt flatus halitusve insolitæ et vitiosæ emissiones per os vel anum, &c.

FLATULENTIA. (207)
Est morbus flatuum per os, vel anum, frequenti emissione et borborygmis designatus.

ÆDOPSOPHIA. (208)
Est flatuum ex vesica per urethram, vel ex utero per vaginam, emissio.

DYSODIA. (209)
Est fœtidorum vaporum e corpore exhalatio odoratum offendens, exhalant tales vapores e naribus, ore, vulva, inguinibus, axillis, et pedibus.

CLASSIS VI. SUPPRESSIONES.

Meatuum impeditio; hinc ſolitarum in ſanitate excretionum impedimentum et emanſio; Suppreſſorios morbos vocavit Ill. Linnæus.

ORDO I. SUPPRESSIONES humorum ſeroſorum.

ADIAPNEUSTIA. (210)
Tranſpirationis naturalis, et liquoris cutis organa humectantis, ſuppreſſio.

STERILITAS. (211)
Eſt genituræ ſuppreſſio, conceptus impeditio.

ISCHURIA. (212)
Urinæ ſecretæ a renibus retentio ſeu ſuppreſſio, cum tumore hypogaſtrii, vel ſecretiones in renibus ſuppreſſio, cum ſtupore renum, ſingultu, anorexia, vomitu, ptyaliſmo urinoſo, ephidroſi.

DYSURIA. (213)
Difficilis et dolorifica, guttata ſæpius et ardens minctio. Eſt ergo fluxus urinæ pro parte ſuppreſſus, et non in integrum, ut in Iſchuria.

AGLACTATIO. (214)
Lactis defectus.

DYSLOCHIA. (215)
Eſt lochiorum ſuppreſſio.

ORDO

ORDO II. SUPPRESSIONES Ingerendorum,

Conſtrictio meatuum ingerenda admittentium, ſine phlegmaſia.

DYSPHAGIA. (216)

Eſt deglutitionis ſuppreſſio, impeditio, abſque notabili reſpirationis læſione et phlegmaſia.

ANGINA. (217)

Eſt reſpiratio impedita, cum ſenſu obicis in gutture, abſque phlegmaſia, ſive dein adſit dyſphagia, ſive non.

ORDO III. SUPPRESSIONES imi ventris.

DYSMENORRHOEA. (218)

Menſtrua ſuppreſſa, dolorifica, cum lumbagine, cephalalgia, dyſpnœa, palpitatione cordis, &c.

Fluxus menſtruus periodicus a tribus ad 8 dies protelari ſolet: quantitas ſanguinis a quinque ad 10 uncias limitatur; circa 13 annum ætatis incipit, et ad 45 plerumque producitur; ſanguis refert ſanguinem victimæ.

DYSTOCIA. (219)

Dolorifica, laborioſa ultra modum fœtus excluſio aut ſecundinarum, vel penitus impoſſibilis.

DYSHÆMORRHOIS. (220)

Eſt ſuppreſſio ſuetarum hæmorrhoidum.

Dum fluxus hæmorrhoidum ſuetarum periodicus ſæpius ſupprimatur, ex quacunque occaſione, ante annum circiter 60, 65, quo hic fons ſponte ſiccari ſolet; oriuntur lumbago, iſchias, vertigo, cephalalgia, tenſio cervicis, anxietas, dyſpnœa, colica, &c. Hæmorrhoidum fluxus, qui ultra 65 annum ætatis protelatur, jam morboſus haberi debet et ſupprimi minuive; ſenectus enim hunc fluxum non fert. Hæmorrhois rariſſime cum conſtantia ſanitatis obſervatur; hinc vix pro beneficio haberi poteſt, licet morbos graviores prævertere dicatur.

OBSTI-

OBSTIPATIO. (221)

Fæcum alvi exoneratio impedita. Car. Linn.

Eſt nimirum ſegnis, difficilis, rara fæcum alvi excretio, vel plane nulla etiam medicamentis prolici poſſunt excrementa: Medici aſſiduo curant obſtipationem, et tamen hanc nec in numero morborum tolerant; ecquidem raro eſt morbus per ſe, ſæpiſſime vero ſymptoma hoc alios morbos comitatur et auget.

CLASSIS VII. SPASMI.

Contractio conſtans, vel interpolata, muſculorum motum localem efficientium, eaque invita.

ORDO I. SPASMI Tonici partiales.

Rigiditas organi, vel artus determinati.

STRABISMUS. (222)

Oculi alterutrius ſpaſmus tonicus, axium opticorum divergentiam, vel convergentiam nimiam inferens, ſeu eſt ſpaſmus tonicus oculi, unde hujus axis cum alterius axi ad unum objectum non convergit.

TRISMUS. (223)

Eſt ſpaſtica contractio tonica, aliquando viſa fuit ſolum clonica maxillæ inferioris, vulgo Trotura Oris dicitur.

Ruſticus venerat ad me, pedes triſmo tonico laborans, pro conſilio contra hunc morbum; datur igitur ſolitarius hicce morbus; vide Tetanum.

OBSTIPITAS. (224)
Eſt colli ſpaſmus, vulgo dicitur torticollis, tonicus, vel clonicus capitis mobilitatem et directionem mutans.

CONTRACTURA. (225)
Eſt artus unius vel plurium conſtans, diuturna rigiditas, inflexilitas.

CRAMPUS. (226)
Eſt ſubitanea, fugax, et dolorifica muſculi rigiditas, cum dolore ſubin atroci.

PRIAPISMUS. (227)
Eſt penis ingrata et ſine appetitu libidinis rigiditas, ſeu erectio.

ORDO II. SPASMI tonici generales.

TETANUS. (228)
Spaſmus generalis tonicus ſubito ortus, cum dyſpnœa; rigent muſculi omnes, et corpus inflexile ſervant, cum dyſpnœa et rubore faciei; vel rigent muſculi ſoli poſteriores corporis, aut anteriores, et corpus flectunt horribiliter, et plerumque flexum ſervant diutius.

CATOCHUS. (229)
Spaſmus generalis tonicus ſenſim factus, ſine dyſpnœa, agitatione pectoris, faciei rubore, chronicus.

ORDO III. SPASMI clonici partiales.

Agitatio invita et coacta cujuſdem organi aut artus, cujus motivum ab ægro non percipitur.

NYSTAGMUS. (230)
Spaſmus clonicus oculi, vel palpebræ.

CARPHOLOGIA. (231)
Eſt ſpaſmus clonicus manuum, quo ægri floccos e tegumentis evellunt, paleas colligunt, muſcas venantur.
Symptoma hoc a ſuffuſione natum plerumque eſt lethale.

BUS-

SUBSULTUS. (232)

Eſt motus palpitans aut fremulus tendinum, pone carpos potiſſimum obſervabilis.

PANDICULATIO. (233)

Eſt ſpaſmus artus ſucceſſive extendens plures, vel omnes in oſcitatione.

APOMYTTOSIS. (234)

Eſt ſuccuſſio cutis et capitis, cum trunci totius agitatione tremula et violenta; adeſt ſimul exſpiratio ſonora, quaſi ſtertoroſa.

CONVULSIO. (235)

Eſt agitatio invita artus, vel muſculi brevis cum ſuperſtite exercitio animi.

TREMOR. (236)

Artuum aut capitis alterna, per itus et reditus frequentes, motitatio per breviſſima ſpatiola, cum movendi voluntate concurrens, qua ceſſante, ceſſat quoque tremor.

PALPITATIO. (237)

Eſt pulſatio in regione cordis inſolita, cum pulſu intermittente, caprizante, tremulo, ſubduro, inæquali, inordinato, debili, quandoque et dyſpnœa ad quemlibet motum notabili.

Habeo ægram, cujus pulſus ſub actuali palpitatione remittit, vel intermittit, in 5 annum jam hoc ex morbo languentem; ſubin tremorem in præcordiis patitur, cum pulſu caprizante tremulo; notum eſt, quod regularis pulſatio cordis non dicatur palpitatio.

CLAUDICATIO. (238)

Eſt vitioſus gradiendi modus, quo truncus ſingulis paſſibus huc vel illuc nimium inclinat, unde crus indecore movetur, trahitur.

ORDO

ORDO IV. SPASMI clonici generales.

PHRICASMUS. (239)

Eſt ſuccuſſio invita totius cutis, imo ſæpius totius corporis, frigorifera.

ECLAMPSIA. (240)

Eſt morbus convulſivus clonicus acutus, quandoque remittens, cum ſenſuum feriatione in paroxyſmo; pollices intro non premunt, ſpuma ex ore non eructat, ſpaſmi ſunt tremuli artuum omnium; vulgo vocatur hic morbus Apoplexia puerilis.

EPILEPSIA. (241)

Eſt morbus ſpaſmodicus clonicus, intermittens, ſeu periodicus, chronicus, cum variorum membrorum invita agitatione, dyſpnœa, ſpumæ oris eruptione, pugnorum conſtrictione, et ſenſuum feriatione externorum et internorum, ſine aſphyxia.

Symptomata: Subitaneus caſus, oblivio omnium, clamor, mugitus, ſtridor dentium, truculentia oculorum, ſpuma oris, pugnorum conſtrictio, totius corporis agitatio.

HYSTERIA. (242)

Eſt artuum organorumque externorum internorumque ſpaſmus clonicus tonicuſve, paroxyſmis fugacibus, leviter variantibus, cum puſillanimitate, ſenſibilitate animæ ſumma, mortis formidine intenſa, teneritudine partium convulſarum remanente, attactum fugiente, et urina hyalina.

Signa pathognomica hujus morbi ſtatuit Ill. Aſtruc agitationem matricis, pnycem, conſtrictionem pectoris et glomum fluctuantem in abdomine.

SCELOTYRBE. (243)

Eſt motus ſemivoluntarius unius lateris, vel totius corporis in greſſu, ſitu erecto, aut comeſtione, geſticulationem, aut ridiculam hiſtrionis feſtinationem, referens.

Hunc morbum vocavit Sydenhamus Choream Sancti Viti.

BERIBERIA. (244)

Eſt motus gradientium genua ſpaſtice retrahens, cum tremore artuum, formicationis ſenſu, vocis raucedine, ſtupore dolorifico artuum, qui morbus Indis eſt familiaris.

In ovibus olim lupum videntibus beriberiam ſpaſmum vidi, ſtantes hæ vel gradientes triſtes momentaneæ retrahunt genua, ad ſitum naturalem illico reditura.

CLASSIS VIII. ANHELATIONES.

Eſt agitatio invita, defatigans muſculorum pectoris, cum reſpiratione difficili, laborioſa, ſonora, frequenti, ſine febre notabili, et ſine phlegmaſia.

ORDO I. ANHELATIONES ſpaſmodicæ.

Sunt ſymptomata fugacia ſpaſmodica, ſæpius repetentia, quæ conſiſtunt in ex- vel inſpirationibus ſonoris.

EPHIALTES. (245)
Morbus hic recurrens afficit dormientes cum anhelatione et inſomnio corporis cujuſdam pectus opprimentis; unde reſpiratio horum querula, gemebunda, et anxia.

STERNUTATIO. (246)
Eſt violenta, ſonora, et ſubitanea exſpiratio, in nares poſticas immiſſo aëre, ad nares everrendas ſub convulſiva capitis et trunci corporis concuſſione, ad anteriora flexione.

Species ſunt Sternutationis, Catarrhalis, Rubeoloſa, Verminoſa, Spontanea, Febricoſa, Epidemica, Critica, Medicamentoſa, &c.

OSCEDO. (247)
Eſt aëris copioſi profunde inſpirati diutina, lenta, et invita naturalis exſpiratio, cum magno oris hiatu; ſæpe concurrit et pandiculatio.

SINGULTUS. (248)
Eſt concuſſio diaphragmatis invita, cum inſpiratione ſubito interrupta, ſonora.

TUSSIS. (249)
Eſt concuſſio ſonora, violenta, invita pectoris, cum exſpiratione ad pulmonem quodam obice liberandum.

ORDO II. ANHELATIONES ſuppreſſivæ.

Hæ fiunt cum metu ſuffocationis, ſuntque pleræque conſtantes.

STERTOR. (250)
Eſt reſpiratio ſonum gravem et tremulum in gutture edens, ſæpius ſibilo ſtipata.

DYSPNOEA. (251)
Eſt difficultas reſpirandi aſſidua et chronica, ſine ſignis empyematis, hydrothoracis.

ASTHMA. (252)
Eſt chronica, periodica reſpirandi difficultas.

ORTHOPNOEA. (253)
Eſt morbus continuus acutus, ſubitanea anhelatione ſublimi, et fere ſuffocatoria, ſtipatus.

PLEURODYNE. (254)
Anhelatio, cum pectoris dolore, ſine phlegmaſia, cum exigua vel nulla febre.

RHEUMA. (255)
Cognoſcitur ex difficultate reſpirandi, cum ſenſu gravitatis in pectore, quam comitatur coryza, ſternutatio, raucedo, cephalalgia, tuſſis, ſine pyrexia notabili, et ſine ſanguine inflammato; endemius hic morbus.

HYDROTHORAX. (256)
Eſt genus anhelationis chronicum continuum, ſtipatum phlegmaſia pedum, pallore faciei, œdemate manuum, ſubita in ſomno ſuffocatione, alterutrius manus ſtupore, ſine ſignis empyematis.

Hæc ſymptomata jam adſunt omnia, jam tantum aliqua; anhelatio creſcit pro inclinatione corporis.

EMPYEMA. (257)

Eſt difficultas reſpirandi a pectoris reclinatione creſcens, quam præceſſit phlegmaſia pectoralis non reſoluta, ſed ſuppurata; comitatur amphimerina tabida notabilis, macies, decubitus horizontalis et in latus ſanum difficilis, gravitas ſupra diaphragma, ſudores profuſi, rubor genarum, et multa ſymptomata hydrothoracis.

Species ſunt, Peripneumonicum, Vomicale, Pleurale, Mediaſtinale, Diaphragmaticum, Intercoſtale; quas ſpecies ſufficiat hic nominaſſe, quum earundem hiſtoria necdum ſatis provecta ſit.

CLASSIS IX. DEBILITATES.

Eſt impotentia clare et diſtincte ſentiendi, appetendi, conſueta vi, artus organave movendi, nec non imaginandi, vigilandi, ſenſibus internis et externis utendi.

ORDO I. DYSÆSTHESIÆ.

Impotentia clare et diſtincte ſentiendi.

AMBLYOPIA. (258)

Eſt viſus debilitas reſpectiva ad ſitum, gradum lucis, diſtantiam objecti, oculis pellucidis; vel eſt debilitas viſus abſoluta, vel reſpectiva, ſine opacitate corneæ, aut vitio internarum partium oculi.

CALIGO. (259)
Eſt imminutio partialis, vel totalis deletio viſus, propter repagulum opacum citra ſeu ante pupillam oculo inhærens, aut palpebris.

CATARACTA. (260)
Eſt viſus debilitas, vel abolitio, ob maculam opacam, poſt pupillam poſitam, ſeu opacitatem lentis cryſtallinæ.

AMAUROSIS. (261)
Eſt viſus ſuppreſſio, abolitio, vel defectus, cum pupillæ ferme plenaria immobilitate, ſine ſenſibili oculorum vitio aut opacitate externis.

ANOSMIA. (262)
Eſt imminuta, vel ſuppreſſa facultas percipiendi odores.

AGHEUSTIA. (263)
Eſt ſuppreſſio facultatis, qua diverſos ſapores percipimus, cum vel ſine anorexia.

DYSECOEA. (264)
Eſt audiendi difficultas, ſeu gravis auditus et obſcura perceptio ſonorum.

PARACUSIS. (265)
Eſt debilitas ſeu confuſio auditus, qua affecti clare percipiunt voces, ſed non diſtincte diverſos ſonos et articulatas voces audiunt, vel alios ſonos clare et diſtincte audiunt, alios tantum clare ſine diſtinctione.

COPHOSIS. (266)
Eſt obſcura, vel nulla ſonorum perceptio, ſeu impotentia percipiendi ſonos totalis, vel partialis.

ANÆSTHESIA. (267)
Eſt ſenſus omnis privatio, ſuperſtitibus motu muſculari et rerum neceſſariarum appetitu aliquantum minutis, ſine omni ſopore.

ORDO

ORDO II. ANEPITHYMIÆ.

Appetituum ſenſitivorum debilitas, ſeu imminutio notabilis.

ANOREXIA. (268)
Eſt notabilis debilitas, imminutio, ſeu ceſſatio famis in jejunis animantibus.

ADIPSIA. (269)
Eſt ſitis debilitas, ſeu imminutio, aut abolitio.

ANAPHRODISIA. (270)
Eſt debilitas, vel abolitio appetitus venerei, ſeu impotentia. Vide Sterilitatem.

ORDO III. DYSCINESIÆ.

Impotentia exercendi motus ſolitos voluntati ſubjectos.

MUTITAS. (271)
Eſt impotentia proferendi voces articulatas.

APHONIA. (272)
Eſt plenaria vocis ſuppreſſio, citra ſtuporem, ſyncopen, et comata; muti inarticulatam vocem habent, aphoni contra nullam.

PSELLISMUS. (273)
Eſt difficultas ſeu impotentia quaſdam ſyllabas literaſve recte pronunciandi.
Faciunt hoc puellæ quædam naviter, ut magis placeant procis.

CACOPHONIA. (274)
Eſt vocis vitium et inſuavitas atque aſperitas.

PARALYSIS. (275)
Eſt unius tantum artus, vel articuli frigida plerumque laxa immobilitas, abſque dolore cum vel ſine anæſtheſia.

Pareſis eſt ſenſim invadens debilitas movendi artus, ſeu

eſt

PARALYSIS. (275)

est imperfecta paralysis; movent enim hi artus, sed difficulter; colicam pictonum aliasque rachialgiæ species comitatur, vel sequitur paresis, lente accedit paretica debilitas, et non est tanta, quanta observatur paralyticorum; actu observo paresin in brachiis egregii chirurgi Christophori Nohrer, ex colica pictonum laborantis.

HEMIPLEGIA. (276)

Cognoscitur ex summa debilitate, vel integra motus muscularis suppressione unius lateris corporis, cum laxitate, frigiditate, indolentia artuum et mentis integritate, sine vel cum anæsthesia.

PARAPLEXIA. (277)

Est paralysis artuum inferiorum, vel omnium artuum, cum enuresi, anaphrodisia, quandoque et anæsthesia ac marasmo.

ORDO IV. LEIPOPSYCHIÆ.

Virium vitalium, pulsus, et respirationis debilitas seu imminutio; pulsus est perpendiculum vitæ.

ASTHENIA. (278)

Est debilitas omnium artuum, superstite actionum vitalium minutarum tenore, superstitibusque sensibus, sine dolore.

LIPOTHYMIA. (279)

Est subitanea et brevis virium muscularium et sensuum dejectio, seu eclipsatio, superstite pulsu et cognoscendi aliqua facultate adstantes, cum aurium tinnitu, calore, vertiginosaque capitis turba.

SYNCOPE. (280)

Est subitanea virium omnium animalium, et vitalium sensuumve, imminutio tanta, ut æger per tempus sui conscius non sit, cum lenta lenive respiratione, pulsu obscuro, sudore frigido, et aliquali interiorum calore.

ASPHYXIA. (281)

Est subitanea eclipsis omnium actionum naturalium, animalium, et vitalium, cum mortis imagine.

Vide Cl. Lansicium circa mortes subitaneas.

ORDO

ORDO V. COMATA feu morbi foporofi.

Omnium fenfuum feriationes, maximæ debilitates.

CATALEPSIS. (282)
Eft fenfuum omnium motuumque mufcularium fuppreffio, pulfu et refpiratione pacatis, placidis, lentis, minutis, vel obfcuris, cum mira ad quofvis fitus fufcipiendos et retinendos artuum flexilitate, aptitudine; retinent figuram, in qua ipfos prehendit morbus, et omnem recipiunt fervantque, quam illis dederis; morbus eft recurrens, et fors tantum mulierum.

ECSTASIS. (283)
Eft ftatus foporofus a gravi pathemate, vel mentis attentione profunda ortus, ægrum in eodem fitu, quo prehenfus eft, retinens, fine aptitudine cataleptica.

TYPHOMANIA. (284)
Eft fopor apparens, cum pervigilio deliriofo reali, muffitatione; vel eft fopor levis e quo ægri facile excitantur, cum delirio comitante.

LETHARGUS. (285)
Eft ftatus foporofus facile excitabilis, cum fummo imaginationis et memoriæ torpore, oblivione, et febre.

CATAPHORA. (286)
Eft fomnolentia facile excitabilis, fine febre, oblivione, ftertore, delirio.

CARUS. (287)
Eft fomnus altiffimus, vix aut ne vix excitabilis, fine ftertore, cum refpiratione tacita pacatiffima; morbus fæpius eft acutus; femi-apertis oculis plerumque dormiunt omnino immobiles.

APOPLEXIA. (288)
Eft fomnus profundiffimus, vix aut ne vix excitabilis, cum ftertorofa refpiratione, faciei tumore, omnium artuum laxitate, et pulfu plerumque duro, forti.

CLASSIS

CLASSIS X. EXANTHEMATA.

Febris cum asthenia, efflorescentia cutis maculata varia, pustulosa, papulosa, phlyctenoidea, &c. vel cavi oris, sæpius maligna.

ORDO I. EXANTHEMATA contagiosa.

PESTIS. (289)
Eruptio purpuræ, bubonum, anthracum, pemphigi, cum pyrexia typhode, maligna, dat characterem Pestis.

Vide celebrem Loimographum Diemerbroeckium.

VARIOLA. (290)
Præludium variolæ patesit cephalalgia, lumbagine, nausea, vomituritione, eclampsia, et febre continua inflammatoria; erumpunt dein pustulæ phlegmonoideæ suppurantes, escharoticæ, deciduæ, cicatrisantes.

Variola sæpissime epidemicus morbus habet 4 stadia, nempe contagium, eruptionem, seu inflammationem pustularum, suppurationem, tandem exsiccationem.

PEMPHIGUS. (291)
Est phlegmasia sæpius acuta, exanthematica, stipata bullis seu vesiculis avellanam circiter magnitudine æquantibus, sero flavo turgidis, per cutim sparsis.

An Hippocratis tom. i. p. 684. ichores constituerint Pemphigum? Tomo citato, p. 798. Hippocrates scripsit: ‘ πυρετοι οἱ δε πεμφιγωδεις. ’ Et Claudius Galenes, sexto epidemiorum tom. i. class. 3. p. 311. Basilea 1561, inter reliquas interpretationes hujus febris, etiam hanc admisit, quæ est character hujus generis; nihil ergo novi Pemphigus.

PURPURA. (292)

Sunt maculæ pulicum morſibus ſimiles, faciei parcentes, preſſione non evaneſcentes, carentes ſtigmate aculei a pulice infixi, coloris purpurei, lateritii, nigri, lividi, ſine tumore, aſpredine, cum febre amphimerina, vel tritæophya, putrida, aſthenia, lingua plerumque rubra, lateritia, molli.

RUBEOLA. (293)

Poſt præludium catarrhoſum, coryzam, epiphoram, tuſſim, cephalalgiam, ſomnolentiam, et palpebrarum tumorem, erumpunt papulæ corymboſæ rubræ, pulicum morſus æmulantes, aſperæ, uniformes, evaneſcenti-furfuraceæ die 4to, cum exiguo levamine ſymptomatum contagii in facie, collo, thorace, trunco reliquo, et artubus; quandoque ſexto die in facie jam aſperantur, ſiccantur, et in tenuiſſimum furfurem fatiſcit epidermis; et hoc eſt initium tertii ſtadii, quod ordinario 8. vel 9. die, una cum morbo, finitur; febris comitatur Rubeolam continua; Rubeolam porro inoculat atmoſphæra morbilloſa bronchiis, ſacco lacrymali, et ſinubus ſex in nares patentibus; medici contra ſeminatores rubeolæ goſſypium furfure morbilloſo repletum ſublimi vulnuſculo, cujuſque brachii imponunt, emplaſtro omnia tegunt, et 6to. die poſt appoſitum hunc apparatum incipiunt ægrotare.

SCARLATINA. (294)

Eſt efflореſcentia maculoſa, ruberrima, pruriens, papuloſa, irregularis, diffuſa, deſquamabilis, ſine præludio catarrhali effloreſcens, cum febre plerumque judicatoria. Stadia tria ſcarlatinæ obſervamus, præludium noſcimus inde, quod febris plerumque judicatoria, cum horrore et frigore, prehendat infantes, ſub finem æſtatis, ſine præludio catarrhali et ſine vomitu; quarto vel citius die, facies intumeſcit modice, pectus, &c. erumpunt exanthemata paulo ante deſcripta, et hoc eſt ſtadium ſecundum; poſt 3 vel 4 dies incipit ſtadium tertium, in quo evaneſcunt exanthemata, et epidermis ſub forma ſubtilis pollinis deſquamatur.

ORDO II. EXANTHEMATA non contagiosa.

MILIARIS. (295)

Eruptio phlycthænarum milii semine raro majorum, cum sudore vapido; febris continua, vel remittens, putrida; præludit oppressio præcordiorum, gastrodynia gravans, pulsus suppressus, urina minus tincta, lingua plerumque alba, mollis, asthenia; perstant in cute 4, 5, 6, 7, 9, 11, &c diebus, et cum pruritu, sudore, solvuntur, in farinam subtilem disparent.

Hippocrates, tom. i. p. 697. describit Miliarem et quidem criticam, seu servantem mulieres omnes, quarum cutim obsederat hæc efflorescentia. Silenus insuper indubie 8vo. die morbi miliari rubra maculatus fuit, tom. i. p. 674.

ERYSIPELAS. (296)

Est eruptio erythematis cum febre continua, vel amphimerina potius dicenda, tumiduli, superficialis, dilatabilis, desquamabilis; sistit nimirum maculas latas amplas, subtumidulas, non suppurabiles; sanguis missus crusta inflammatoria non est tectus, sed pelle alba, tenui, et sat tenaci; dolor erythematis est calens, rodens.

Tria stadia observantur Erysipelatis: Primum absolvit gravedo, horror, inappetentia, lassitudo, cum febricula amphimerina; die 2. 3. vel 4. incipit secundum stadium, eruptio, nempe, erythematis, quod ordinario in 4. usque diem augetur; in tertio stadio collabitur successive tumor, calor, et dolor erythematis, et epidermis desquamatur, quod opus plerumque 4 diebus Natura absolvit.

ESSERA. (297)

Constituunt hoc genus maculæ rubellæ impruriginosæ, non fastigiatæ ultra libellam cutis, magnitudinis grani tritici, zeæ, subito erumpentes ferme sine febre, et post 4, 5, 7, 9, 11, 14, dies sponte et sine desquamatione epidermidis disparentes; quandoque sunt paucæ, subin contra numerosæ; ægri sunt plerumque orthostadii; præcedit eruptionem nox inquieta, leves anxietates; cutis, exstante essera, non est aspera ad attactum, nec rubedo est diffusa; maculæ aliæ sunt majores, aliæ minores, sub epidermide latentes.

Hujus

ESSERA. (297)

Hujus morbi meminit D. Allen, p. 407. ubi tamen non hunc, fed alium defcripfit; Cl. D. Lieutaud, tom. i. p. 614. unam fpeciem defcripfit hujus generis.

APHTHA. (298)

Cognofcitur Aphtha papulis feu phlyćthænis linguæ, faucium, oris fuperficiem occupantibus, fubrotundis, plerumque femilineäribus, colore albis in difco, cum radio fæpius rubro, vel rubris, brunneis, flavis, lividis, nigris, et febre tritæophya, vel obfcura hectica, aut penitus nulla; adeft fimul fomnolentia, dolor urens oris, et difficultas in mafticatione, fuctione, ac deglutitione.

Aphtha 4 ftadia habet diftincte, fi non omnibus fpeciebus, in febrili obfervabilia; Stadium primum fefe prodit laffitudine fpontanea, levi dyfpnœa, gaftrodynia, anxietate exigua, fomnis turbatis, et calore oris: Stadium fecundum propullulatio papularum nobis adeffe loquitur: In ftadio tertio elevantur papulæ feu maculæ in phlyćthænas miliares, quæ probabiliter funt idem cum miliaribus cutis: Stadium quartum abfolvit defquamatio epidelii, cum dolore fenfibiliffimo linguæ et faucium fuperficiali.

CLASSIS XI. PHLEGMASIÆ.

Febris quaſi ſemper continua, cum pulſu duro, dolore topico, alicujus partis inflammatione, ſanguine cruſta inflammatoria tecto, urina plus colorata, lingua ſubſicca, ſicca, calente, &c. Hippocrates, tom. i. p. 810, 811. reliquit: Lingua concolor attingentibus ipſam humoribus: Quapropter per hanc humores cognoſcimus.

ORDO I. PHLEGMASIÆ muſculoſæ.

PHLEGMONE. (299)
Cognoſcimus Phlegmonem ex febre acuta continua inflammatoria, pulſu duro, ſanguine cruſta inflammatoria tecto, et partis externæ inflammatione; pars externa phlegmone affecta calet, rubet, dolet, tumet, eſt ſimul tenſa reſplendens ſphæroidea; cutis ipſa et partes ſub ipſa contentæ inflammatæ ſunt; Phlegmone in ſuppurationem tendit, neutiquam vero eryſipelas.

CYNANCHE. (300)
Eſt phlegmaſia acuta pharyngis, laryngis, dyſpnœam et dyſphagiam inducens, cum pyrexia acuta, faucium rubore, calore, dolore, tumore, quæ adeſſe docet inſpectio in fauces, depreſſa lingua.

MYO-

MYOSITIS. (301)

Febris acuta inflammatoria, dolores in diverſis muſculis artuum, eorundemque involucris, diu noctuque diſcruciantes, motum vetantes ferme omnem, ad noctem exacerbantes; ſanguis miſſus eſt tectus cruſta inflammatoria ſubgelatinoſa, vel pelle tenui tenaci; hic morbus vulgo audit rheumatiſmus acutus.

CARDITIS. (302)

Adeſt dolor conſtans ſub ſterno in regione cordis urens, flammam vitæ extinguens, cum palpitatione, frequentibus animi deliquiis, pulſu jam magno, duro, per momenta, jam parvo, frequente, inæquali, inordinato, intermittente; febre acuta typhode et anxietatibus; cor manu tenentes ægri fugitivis oculis et mille jactationibus agitati, ſibi comburi, illudque mori quæruntur, clamant.

ORDO II. PHLEGMASIÆ membranaceæ.

PHRENITIS. (303)

Eſt phlegmaſia acuta, cum pyrexia et delirio perpetuo, a cephalalgia atroci plerumque incipiens; delirium quandoque eſt audax, urina plerumque citrina, cum nebula ſublimi.

DIAPHRAGMITIS. (304)

Eſt phlegmaſia cum dolore obſcuro ad coſtas ſpurias, oppreſſione pectoris, ſputis ſæpe cruentis, orthopnœa, anxietate; ſingulum præcordia ſtringens quæruntur ægri; angulos oris ſemivoluntarie ſæpe retrahentes delirant; quandoque lethargo, vel cataphora laborant; pulſus eſt inæqualis, inordinatus, intermittens, durus; hypochondria intro tracta, reſpiratio ſine motu diaphragmatis; facies jam pallet, jam rubet; calor eſt urens ad præcordia internus.

Scripſi ſicut obſervavi in meis ægris. Vide Hippocratem, tom. ii. p. 101. ix.

PLEURITIS. (305)

Eſt phlegmaſia cum pyrexia acuta, dyſpnœa, dolore pectoris plerumque punctorio, et tuſſi moleſta dolorem augente, ſine gravitate in medio pectore.

Sedes

PLEURITIS. (305)

Sedes morbi in 300 pleuriticis denatis a P. Servio Romano in pleura pulmonali inventa eſt; invenit, nimirum, pleuram pulmonis ſuperficiem inveſtientem, cum ſuperficialibus et extremis vaſis pulmonis, inflammatam.

GASTRITIS. (306)

Eſt phlegmaſia ſtipata dolore epigaſtrii, ardore, tenſione, ſiti, nauſea, vomitione, ſingultu, et pyrexia acutiſſima.

ENTERITIS. (307)

Eſt phlegmaſia acuta, cujus ſymptomata ſunt tenſio tumida et valde dolorifica, tactum non tolerans, partium abdominis inteſtinis reſpondentium, cum pyrexia meteoriſmo, quandoque et ileo, vel dyſenteria.

EPIPLOITIS. (308)

Bis obſervavi hanc phlegmaſiam, ſemel in viro ruſtico 30 annorum, et ſemel in quadragenaria muliere, cum ſequente charactere: Febris erat mitis amphimerina, virium non adeo magna proſtratio (ruſticus venerat ipſus 4ta die morbi pro conſilio ad me) lingua alba tumidula, ſanguis miſſus coriaceus, obſtipatio non pertinax, dolor obtuſus infra peritonæum ad attactum paululum acutus, tumor omenti, reſpiratio ſuſpirioſa, pulſus durus naturali celeritate et frequentia non multum major, ſitis mediocris, urinæ flavæ, appetitus aliquis, aliquis et ſomnus.

CYSTITIS. (309)

Eſt phlegmaſia, cujus præcipua ſymptomata ſunt intumeſcentia ovalis in pelvi, cum tenſione, dolore tactum non tolerante, dyſuria, vel iſchuria et pyrexia amphimerina; adſunt inſuper vigiliæ, ſitis, ſubin delirium, extremorum frigus, teneſmus, vel obſtipatio; pulſum obſervavi tenſum, ſubdurum, naturali frequentia et celeritate non multum majorem; in ſanguine miſſo cruſtam tenuem albam, ſubgelatinoſam, clyſmatum difficilem injectionem: Scribo ſicut obſervavi.

ORDO III. PHLEGMASIÆ parenchymatoſæ.

CEPHALITIS. (310)

Eſt phlegmaſia, in qua mentis ſtupor, ſomnolentia, ſopor cataphoricus, carphologia adſunt, cum pyrexia acuta typhode; pulſus ſucceſſive molleſcit, cum frequentia ſine celeritate; ægri ſunt admodum debiles; lingua plerumque mollis, ſudor quaſi perpetuus; caput ſæpe manibus impetunt, fricant etiam deliri.

Ter obſervavi jam hunc morbum, et poſt mortem in cujuſlibet ægri cadavere ſuppurationem cerebri inveni; reſpirabant hi ægroti cum ſonitu ſine ſtertore.

PERIPNEUMONIA. (311)

Pyrexia acuta, dyſpnœa gravis, ſenſus oppreſſionis gravativæ ſub ſterno, calor et anxietas in pectore, tuſſis cruenta, facies rubra, lingua rubra tumidula; pulſus incremento magnus, ſub inſpiratione remittens, vel penitus intermittens, ad finem morbi mollis.

HEPATITIS. (312)

Eſt phlegmaſia acuta, cujus ſymptomata ſunt tenſio dolorifica hypochondrii dextri ſub coſtis ſpuriis, cum ſenſu ardoris ac gravitatis, dyſpnœa, tuſſi ſicca, faciei colore flaveſcente, ſiti, anorexia, ſæpius et ſingultu, vomitione et tumore hepatis; pulſus eſt ſubdurus, tenſus; urinæ icteritiæ, bilioſæ; ſerum ſanguinis miſſi et cruſta ſubflava; febris quaſi ſemper remittens.

SPLENITIS. (313)

Cognoſcitur hæc phlegmaſia febre remittente, ſæpius tetartophya, tumore, duritie in regione lienis, dolore tactum fugiente pulſatili, calore, dyſpnœa, pulſu in inſpiratione intermittente in carpo ſiniſtro magis, et abſentia ſymptomatum nephriticorum; frigent hi ægri artubus; calor internus non eſt adeo magnus; ſanguis miſſus eſt cruſta inflammatoria tectus; cibi adeſt faſtidium, decubitus in latus ſiniſtrum difficilis, ſitis et anxietas.

Semel obſervavi hunc morbum ſicut illum hic deſcripſi.

NEPHRITIS. (314)

Eſt phlegmasia pyrexia acuta, dolore renum inflammatorio, urinæ ardore, minctione frequenti ſtipata; dolor ſequitur ureteres,

NEPHRITIS. (314)

ureteres, teſtis retrahitur, rotatur, crus ſtupet, plerumque adeſt vomitio, ſine augmento doloris æger poteſt corpus ad anteriora flexum erigere.

METRITIS. (315)

Hanc phlegmaſiam adeſſe noſcimus tumore, ardore, dolore, gravitate in regione uteri, et pyrexia acuta; digiti in vaginam immiſſi os uteri tactum non fert, idem valde calet; adeſt dolor ad inguina, femora, diaphragma, qui ad claviculas extenditur, cum dyſpnœa, nauſea, vomitione, ſingultu, obſtipatione, iſchuria, vel dyſuria, horrore perpetuo, frigore extremorum, delirio, jactatione, ſpaſmis, dolore oculorum; pulſus varius, animi deliquia, ſopor, tetanus, catalepſis obſervantur, cum febre plerumque remittente.

CLASSIS XII. FEBRES.

Pulſus frequens, celer, fortis; reſpiratio celeritate, magnitudine, frequentia aucta, viribus artuum minutis; vel virium vitalium augmentum, aut ſaltem in ſtatu ſanitatis perſeveratio, viribus artuum notabiliter minutis.

ORDO I. FEBRES continuæ.

Pyrexia ſemel creſcit, et ſemel decreſcit, in decurſu ægritudinis.

JUDICATORIA. (316)
Ingruit tota febris ſubito cum frigore, calore, capitis dolore, &c. pulſu aliquo critico, aut evacuationibus criticis, vires artuum parum ſunt minutæ, vires contra vitales multum auctæ, criticæ; abſolvitur 4 diebus.

HUMORARIA. (317)
Cognoſcitur hæc febris pulſu irritationis, incremento ſucceſſivo uſque 4. 5. 7. vel 9. diem, duratione morbi uſque 7. 9. 11. vel 14. diem, notabili debilitate artuum, vehementibus ſymptomatibus, et humorum augmento, aut vitio, unde noſcitur.

FRIGERARIA. (318)
Eſt febris continuæ genus, quæ decurrit ad 17. 21. vel 30. diem, incrementum habet longius præcedente; ingruit cum pulſu irritationis; pulſu et reſpiratione auctis, viribus artuum multum minutis; notabili frigore ſæpe et rigore,

FRIGERARIA. (318)
rigore, unde Frigeraria; lingua eſt ſordida, excreta omnia fœtida, a ſtatu naturali multum diſtantia; hæc eſt Febris proprie Putrida.

TYPHUS. (319)
Eſt febris continuæ genus, quæ plerumque ultra tres ſeptimanas durat, cum calore jam magno, jam nullo, urina et pulſu ſanorum ſimilibus, artuum ſumma debilitate; pulſus quandoque rarior eſt quam pulſus ſanus, color cutis pallidus, ſqualidus, exanthemata varia huic morbo ſuperveniunt epigenomena.

HECTICA. (320)
Eſt febris continua, quæ chronicorum morborum more ſenſim extendi ſuevit per plures ſeptimanas, imo menſes, ſine notabili virium proſtratione, cum exigua pulſus frequentia; urina ſæpius eſt turbida, pelliculam innatantem pinguem gerit; pulſus eſt ſubdurus, poſt paſtum frequentior, calor ad attactum eſt mordens; ſudores nocturni; febris hæc, nullam habens exacerbationem notabilem, differt ab omni amphimerina, phthiſi, et tabe, quia ſuppurationem pro cauſa non habet; ægri ſunt plerumque orthoſtadii.

ORDO II. FEBRES remittentes.

Sunt febres continuæ cum exacerbationibus quotidianis, tertianis, quartanis, &c.

AMPHIMERINA. (321)
Eſt febris continua, cum exacerbationibus quotidianis ſibi ſimilibus.

TRITÆOPHYA. (322)
Eſt febris continua, cum exacerbationibus tertianis.

TETARTOPHYA. (323)
Eſt febris continua, cum exacerbationibus quartanis, ſeu quartanæ typum ſervantibus.

ORDO III. FEBRES intermittentes.

Pyrexia in decurſu ægritudinis pluries penitus deſerit ægrum, et redit cum intervallis mediis lucidis, ſervata periodo.

QUOTIDIANA. (324)
Febris intermittens, cujus paroxyſmi ſimiles redeunt nycthemeris ſingulis.

TERTIANA. (325)
Eſt febris intermittens, cujus paroxyſmi alternis diebus ſibi ſimiles repetunt, ſeu circuitum ſervant; urinæ lateritiæ ſunt optimum ſignum febrium intermittentium.

QUARTANA. (326)
Eſt febris intermittens, cujus paroxyſmi ſibi ſimiles quarta quavis die abeunt, et revertuntur; inter quoſlibet duos paroxyſmos intercedunt duæ dies apyretæ.

ERRATICA. (327)
Hæc febris diſtinguitur ab aliis generibus per acceſſus ſimiles pluribus diebus ab invicem diſtantes quam duobus, nec proinde ad priora genera referri poteſt.

CLASSIS XIII. VESANIÆ.

Morbus mentis, ſeu error in imaginatione, appetitu, judicio, vel memoria.

ORDO I. HALLUCINATIONES.

Imaginationes deceptivæ ex errore organi, vel mentis natæ.

VERTIGO. (328)
Eſt hallucinatio, qua objecta, licet quieſcentia, e loco moveri, nutare, vel in gyrum verſari, nobis videntur, ipſeque æger quandoque ſibi nutare videtur; dicta phænomena etiam clauſis oculis plerique patiuntur.

SUFFUSIO. (329)
Eſt genus morbi imaginarii, cujus præcipuum ſymptoma eſt hallucinatio viſus circa objecta videntis corpora, quorum prototypus extra oculos non exiſtit; ſuffuſio repræſentat corpora quæ non ſunt, et vertigo motum corporum, quo actu non aguntur.

DIPLOPIA. (330)
Eſt hallucinatio, qua affecti idem objectum geminatum, aut multiplicatum, videntur ſibi videre.

SYRIGMUS. (331)
Eſt error imaginationis ſonos, qui extra aurem non ſunt, ſibi repræſentantis, a commotione vibratoria organorum acouſticorum per principia in aure latentia natos.

HYPOCHONDRIASIS. (332)
Eſt delirium circa propriam valetudinem, natum ex philautia, ſalvo ratiocinio de reliquis, delirant et deſperant de ſua valetudine recuperanda ob ructus, borborygmos, palpitationes, tremorem præcordiorum, fugaces vertigines, flatulentiam, &c. Hinc hi perſuaſi fatum lethale ſibi imminere, omnia ſymptomata et minimas mutationes in corpore ſuo ſcrupuloſe obſervant, narrant, et deſcribunt medicis, ſuiſque querulis, alios mox et alios defatigant, ingenio cæterum et appetitu pollentes.

SOMNAM-

SOMNAMBULISMUS. (333)

Eſt dormientium hallucinatio, ſomniantes, nempe, ob imaginationem vividiſſimam, ſopitis ſomno ſenſibus, motus muſculares exercent, ſurgunt e lecto, variis periculis ſeſe exponunt, tecta ſcandunt, iter ſuſcipiunt.

ORDO II. MOROSITATES.

Cupiditates, vel averſationes depravatæ.

PICA. (334)

Eſt alimentorum inaſſuetorum, vel rerum indigeſtibilium, appetitus, cum aſſuetorum averſatione.

BULIMIA. (335)

Eſt appetitus majoris alimentorum digeſtibilium et ſolitorum copiæ, quam quæ a viribus ventriculi digeri poteſt.

POLYDIPSIA. (336)

Eſt potulentorum appetitus immodicus.

ANTIPATHIA. (337)

Eſt averſatio quorundam objectorum tanta, quod homo ex eorum viſu, odoratu, auditu, &c. gravia ſymptomata patiatur.

NOSTALGIA. (338)

Eſt deſiderium vivendi parentes, cognatos, ſolumque natale adeundi adeo ardens, ut hac ſola anhelatione occupati penitus langueant; horumque animæ commercium cum corpore ferme ſublatum ſit; unde languent omnes ſenſus, et appetitus alii; hectica febris hos miſeros conſumit, et ad lethum ducit, ſi adeundi patriam cognatos copia denegetur.

Olim in Croatia Criſii laboravi hoc malo cum apoſitia, et obſtipatione, intumueram ex anaſarca pervigil et debilis; redux ad patriam ſine omni pharmaco convalui; deſideramus varia ardentiſſime.

PANOPHOBIA. (339)

Eſt ſummus pavor inter dormiendum ſine cauſa evidenti ortus; clamant hi, gemunt, tremunt, ſudant; hoc genus non multum differt ab ephialte.

SA-

SATYRIASIS. (340)

Eſt morbus proprius viris, cujus præcipuum ſymptoma eſt effrænis impudenſque veneris cupiditas, cum libidinoſa penis tentigine; priapiſmus caret cupiditate libidinoſa.

NYMPHOMANIA. (341)

Hujus generis character eſt effræne, audax, et impudens in fœminis veneris deſiderium.

TARANTISMUS. (342)

Hic morbus ſcribitur in Apulia eſſe endemius, cujus præcipuum ſymptoma eſt inexplicabilis ſaltandi, choreas agendi cupiditas.

A Tarantulæ morſu excitari hunc morbum judicat Baglivius, quod Ill. Seroa et experimenta Romana inficiantur.

HYDROPHOBIA. (343)

Eſt morbus, cujus præcipuum ſymptoma eſt incredibilis potulentorum omnium averſatio, impoſſibilis deglutitio; vitant inſuper lucem et aëris motum.

RABIES. (344)

Eſt morbus in lupis et canibus obſervatus, cujus præcipuum ſymptoma eſt effrænis cupiditas mordendi obvios omnes, licet innocuos, ſine hydrophobia; conſtat enim repetita apud Gallo-Provinciales experientia canes lupoſque rabidos bibiſſe, manducaſſe, et flumen tranaſſe; hic nihilominus morbus ſæpius eſt ſymptoma hydrophobiæ.

Vide diſſertationem Ill. de Sauvages de Rabie. Rabies porro datur Caninamaniaca, et Dæmonomaniaca: Vide Hydrophobiam.

ORDO III. DELIRIA.

Delirium eſt ortus idearum non reſpondens objectis in ſenſus incidentibus, ſed internæ cerebri diſpoſitioni a qua naſcuntur ideæ delirantium.

PARAPHROSYNE. (345)

Eſt delirium fugax a veneno, vel alio morbo dependens, cujus comes et ſymptoma eſt.

AMEN-

AMENTIA. (346)

Eſt inſania chronica, univerſalis, mitis, ſeu ineptitudo ad recte ratiocinandum et judicandum, cum ſenſu et perceptione objectorum, aſt ſine attentione.

MELANCHOLIA. (347)

Eſt inſania chronica partialis, mœſta, meditabunda; delirant melancholici ſine furore, et ſine febre, de uno potiſſimum objecto conſtanter, delirant circa ſemetipſos, aut ſuum ſtatum, de reliquis objectis adhuc ſat bene ratiocinantes.

Mihi videtur cauſſa hujus morbi latere in abdomine, ganglia ſemilunaria afficere, et plexus nervorum abdominales.

DÆMONOMANIA. (348)

Eſt delirium ſine febre reipſa tale, vel tantum ſimulatum, quo magi, ſagæ, præſtigiatores ſe tanquam a dæmone obſeſſos oſtentant, varia phænomena leges naturales excedentia præſtare, exhibere volunt.

MANIA. (349)

Eſt delirium apyretum circa quævis objecta, cum furore, audacia, ac rubore; maniaci habent plerique lucida intervalla; ſubin eſt mania periodica; unde Lunatici; ſanguis maniacorum viſcidus, ſeroque carens, fibræ muſculares rigidæ.

ORDO IV. VESANIÆ anomalæ.

Morbi prioribus affines.

AMNESIA. (350)

Eſt memoriæ imminutio aut plenaria abolitio.

AGRYPNIA. (351)

Pervigilium immodicum vel continuum, ex quo vires imminuuntur; anxietas, inquietudo, anorexia, cephalalgia, aliaque moleſta ſymptomata, oriuntur.

PARS

PARS QUINTA.

TABULÆ NOSOLOGICÆ

AB EXIMIO MEDICO
DAVIDE MACBRIDE
COMPOSITÆ,

EX EJUS OPERE CUI TITULUS,

A METHODICAL INTRODUCTION TO THE THEORY AND PRACTICE OF PHYSIC.

LONDON—M DCC LXXII.

TABULÆ NOSOLOGICÆ.

ERUDITUS auctor morbos in quatuor classes, in universales, scilicet, locales, sexuales, et infantiles, distribuere voluit; distributionem tamen non nisi per primam classem prosecutus est.

Morbos in hac classe comprehendendos in novem tabulas sive ordines disposuit, quos hic recensere volumus.

ORDO I. FEBRES.

FEBRIS continua. (1)

Species 1. Continua simplex.

Varietates sunt *a* Continua simplex plethorica: *b* C. simplex a frigore. *c* C. simplex a calore. *d* C. simplex a dolore. *e* C. simplex catarrhalis.

Species 2. Continua inflammatoria.

Var. *a* Continua inflammatoria cephalalgica. *b* C. inflammatoria soporosa. *c* C. inflammatoria pleuritica. *d.* C. inflammatoria rheumatica. *e* C. inflammatoria dysenterica.

Species 3. Continua nervosa.

Var. *a* Continua nervosa communis seu febricula. *b* C. hydrocephalica.

Species 4. Continua putrida.

Var. *a* Continua putrida carceraria. *b* C. putrida maligna Hungarica. *c* C. putrida maligna Ægyptiorum. *d* C. putrida icteriodes Carolinensis. *e* C. putrida icteriodes Canadensis.

Species

FEBRIS continua. (1)

Species 5. Continua miſta.

Var. *a* Continua miſta depuratoria. *b* C. miſta ſudatoria. *c* C. miſta comatoſa. *d* C. miſta varioloſa. *e* C. miſta hyemalis. *f* C. miſta verminoſa.

FEBRIS intermittens. (2)

Species 1. Quotidiana.

Var. *a* Quotidiana ſimplex. *b* Q. duplicata. *c* Q. hyſterica. *d* Q. cephalalgica.

Species 2. Tertiana.

Var. *a* Tertiana legitima. *b* T. ſpuria. *c* T. pleuritica. *d* T. aſthmatica. *e* T. carotica. *f* T. cardialgica. *g* T. duplex. *h* T. duplicata. *i* T. urticata. *k* T. hemiplegica. *l* T. rheumatica.

Species 3. Quartana.

Var. *a* Quartana legitima. *b* Q. ſplenetica. *c* Q. hepatica. *d* Q. metaſtatica.

Species 4. Erratica.

Var. Quintana, ſextana, &c.

FEBRIS remittens. (3)

Species 1. Remittens inflammatoria.

Var. *a* Remittens inflammatoria catarrhalis. *b* R. inflammatoria peripneumonica. *c* R. inflammatoria ardens.

Species 2. Remittens putrida.

Var. *a* Remittens putrida bilioſa. *b* R. putrida anginoſa maligna. *c* R. putrida paludoſa.

FEBRIS exanthematica. (4)

Species 1. Variola.

Var. 1. Variola ſimplex. *a* V. ſimplex diſcreta. *b* V. ſimplex confluens. *c* V. ſimplex chryſtallina. *d* V. ſimplex verrucoſa.—2. Variola complicata. *a* V. complicata inflammatoria. *b* V. complicata chryſtallina. *c* V. complicata nigra ſeu ſanguinea. *d* V. complicata dyſenterica.

Species 2. Morbilli.

Var. *a* Morbilli regulares. *b* M. anomali. *c* M. varioloſi.

Species 3. Scarlatina.

Var. *a* Scarlatina benigna. *b* S. maligna.

Species 4. Eryſipelas.

Species

FEBRIS exanthematica. (4)

Species 5. Miliaria.

Var. *a* Miliaria ſimplex. *b* M. catarrhalis. *c* M. inflammatoria. *d* M. ſeroſa. *e* M. putrida ſeu petechialis.

Species 6. Aphtha.

Species 7. Pemphigus.

Species 8. Peſtis.

HECTICA. (5)

Species 1. Phthiſis.

Var. *a* Phthiſis ſicca. *b* P. mucoſa. *c* P. hæmoptoica. *d* P. ſcrofuloſa. *e* P. ſcorbutica. *f* P. aſthmatica. *g* P. ſyphilitica. *h* P. arthritica. *i* P. hypochondriaca. *k* P. chlorotica.

Species 2. Tabes.

Var. *a* Tabes hepatica. *b* T. meſenterica. *c* T. dorſalis. *d* T. ſcrofuloſa. *e* T. ſcorbutica. *f* T. aſthmatica. *g* T. ſyphilitica. *h* T. arthritica. *i* T. hypochondriaca. *k* T. chlorotica.

ORDO II. INFLAMMATIONES.

INFLAMMATIO externa. (6)

Species 1. Phlegmone.

Species 2. Eryſipelas.

Species 3. Furunculus.

Species 4. Anthrax.

Species 5. Ophthalmia.

Species 6. Cynanche.

Var. *a* Cynanche tonſillaris. *b* C. trachealis. *c* C. ſuffocatio ſtridula, Croup. *d* C. maxillaris.

INFLAMMATIO interna. (7)

Species 1. Phrenitis.

Species 2. Otitis.

Species 3. Carditis.

Species 4. Pleuritis.

Var. *a* Pleuritis ſimplex. *b* P. complicata.

Species 5. Peripneumonia.

Var. *a* Peripneumonia ſimplex. *b* P. complicata.

Species

INFLAMMATIO interna. (7)

Species 6. Paraphrenitis.

Species 7. Hepatitis.

Species 8. Splenitis.

Species 9. Epiploitis.

Species 10. Gaſtritis.

Var. *a* Gaſtritis exanthematica. *b* G. a veneno. *c* G. traumatica.

Species 11. Enteritis.

Var. *a* Enteritis dyſenterica. *b* E. hernioſa. *c* E. a veneno.

Species 12. Meſenteritis.

Species 13. Nephritis.

Species 14. Cyſtitis.

ORDO III. FLUXUS.

ALVIFLUXUS. (8)

Species 1. Cholera.

Var. *a* Cholera ſpontanea. *b* C. verminoſa. *c* C. arthritica.

Species 2. Dyſenteria.

Var. *a* Dyſenteria putrida. *b* D. inflammatoria.

Species 3. Diarrhœa.

Var. *a* Diarrhœa ſtercoroſa. *b* D. bilioſa. *c* D. ſeroſa. *d* D. verminoſa.

Species 4. Lienteria.

Species 5. Cæliaca.

Species 6. Hepatirrhœa.

Species 7. Melæna.

HÆMORRHAGIA. (9)

Species 1. Epiſtaxis.

Var. *a* Epiſtaxis critica. *b* E. activa. *c* E. paſſiva.

Species 2. Hæmoptyſis.

Var. *a* Hæmoptyſis accidentalis. *b* H. habitualis. *c* H. periodica. *d* H. traumatica.

Species 3. Hæmatemeſis.

Species 4. Hæmaturia.

Species 5. Hæmorrhois.

FLUXUS humoralis. (10)

Species 1. Ephidrofis.

Species 2. Diabetes.

Var. *a* Diabetes verus. *b* D. hyftericus. *c* D. arthriticus. *d* D. febricofus.

ORDO IV. DOLORES.

ARTHRITIS. (11)

Species 1. Arthritis regularis.

Species 2. Arthritis irregularis.

Species 3. Arthritis complicata.

Var. *a* Arthritis rheumatica. *b* A. chlorotica. *c* A. melancholica. *d* A. fcorbutica. *e* A. fyphilitica. *f* A. afthmatica. *g* A. cardialgica. *h* A. exanthematica. *i* A. rachitica.

RHEUMATISMUS. (12)

Species 1. Rheumatifmus acutus.

Species 2. Rheumatifmus chronicus.

Var. *a* Rheumatifmus dyfentericus. *b* R. arthriticus. *c* R. fcorbuticus. *d* R. fyphiliticus. *e* R. hyftericus.

Species 3. Lumbago.

Species 4. Sciatica.

OSTOCOPUS. (13)

Species 1. Oftocopus fpina ventofa.

Species 2. Oftocopus cancrofus.

Species 3. Oftocopus fyphiliticus.

Species 4. Oftocopus ad ofteofarcofi.

Species 5. Oftocopus fcorbuticus.

DOLOR capitis. (14)

Species 1. Cephalalgia.

Species 2. Cephalæa.

Species 3. Hemicrania.

ODONTALGIA. (15)

Species 1. Odontalgia catarrhalis.

Species 2. Odontalgia cariofa.

Species 3. Odontalgia fcorbutica.

Species 4. Odontalgia arthritica.

Species 5. Odontalgia hyfterica.

OTALGIA. (16)

Species 1. Otalgia inflammatoria.
Species 2. Otalgia purulenta.
Species 3. Otalgia verminoſa.
Species 4. Otalgia ab intruſis.
Species 5. Otalgia catarrhalis.

PLEURODYNE. (17)

Species 1. Pleurodyne plethorica.
Species 2. Pleurodyne flatulenta.
Species 3. Pleurodyne a ſpaſmate.
Species 4. Pleurodyne parapleuritica.
Species 5. Pleurodyne verminoſa.

DOLOR ventriculi. (18)

Species 1. Pyroſis.
Var. *a* Pyroſis a ſaburra. *b* P. bilioſa. *c* P. ulceroſa.
Species 2. Cardialgia.
Var. *a* Cardialgia ſaburralis. *b* C. a veneno. *c* C. ſputatoria. *d* C. bradypepta. *e* C. arthritica. *f* C. verminoſa.
Species 3. Gaſtrodynia.
Var. *a* Gaſtrodynia ab ingluvie. *b* G. flatulenta. *c* G. bilioſa. *d* G. a veneno. *e* G. a xyphoide. *f* G. ab extraneis.

COLICA. (19)

Species 1. Colica flatulenta.
Species 2. Colica inflammatoria.
Species 3. Colica bilioſa.
Species 4. Colica iliaca.
Species 5. Colica nervoſa.

LITHIASIS. (20)

Species 1. Lithiaſis nephritica.
Species 2. Lithiaſis cyſtica.

ISCHURIA. (21)

Species 1. Iſchuria renalis.
Var. *a* Iſchuria renalis ab inflammatione. *b* I. renalis ſpaſmodica. *c* I. renalis mucoſa. *d* I. renalis calculoſa ſeu arenoſa.

ISCHURIA. (21)

Species 2. Iſchuria veſicalis.

Var. *a* Iſchuria veſicalis calculoſa. *b* I. veſicalis inflammatoria. *c* I. veſicalis ſpaſmodica. *d* I. veſicalis paralytica. *e* I. veſicalis polyuiica. *f* I. veſicalis purulenta.

Species 3. Iſchuria urethralis.

Var. *a* Iſchuria urethralis carunculoſa. *b* I. urethralis urethro-lithica. *c* I. urethralis hydrocelodes.

PROCTALGIA. (22)

Species 1. Proctalgia inflammatoria.

Species 2. Proctalgia fiſtuloſa ſeu purulenta.

Species 3. Proctalgia hæmorrhoidalis.

Species 4. Proctalgia cancroſa.

Species 5. Proctalgia intertriginoſa.

ORDO V. SPASMI.

TETANUS. (23)

Species 1. Tetanus epiſthotonos.

Species 2. Tetanus opiſthotonos.

CATOCHUS. (24)

TRISMUS. (25)

Species 1. Triſmus ſpontaneus vel primarius.

Species 2. Triſmus ſecundarius.

HYDROPHOBIA. (26)

Species 1. Hydrophobia ſpontanea.

Species 2. Hydrophobia ſecundaria.

CONVULSIO. (27)

Species 1. Convulſio ab inanitione.

Species 2. Convulſio traumatica.

Species 3. Convulſio verminoſa.

Species 4. Convulſio plethorica.

EPILEPSIA. (28)

ECLAMPSIA. (29)

HIERANOSUS. (30)

ORDO

ORDO VI. ADYNAMIÆ.

COMA. (31)

Species 1. Apoplexia.

Var. *a* Apoplexia ſanguinea. *b* A. ſeroſa. A. traumatica. *d* A. temulenta.

Species 2. Carus.
Species 3. Lethargus.
Species 4. Catalepſis.

PARALYSIS. (32)

Species 1. Hemiplegia.
Species 2. Paraplegia.

DELIQUIUM. (33)

Species 1. Leipothymia.
Species 2. Syncope.
Species 3. Aſphyxia.

ORDO VII. ANHELATIONES.

DYSPNOEA. (34)

Species 1. Dyſpnœa pituitoſa.
Species 2. Dyſpnœa a tuberculis.
Species 3. Dyſpnœa calculoſa.
Species 4. Dyſpnœa phyſconialis.
Species 5. Dyſpnœa ſcorbutica.

ORTHOPNOEA. (35)

Species 1. Orthopnœa idiopathica.

Var. *a* Catarrhus ſuffocativus. *b* Peripneumonia notha.

Species 2. Orthopnœa ſympathica.

Var. *a* Orthopnœa hyſterica. *b* O. ſtomachica.

ASTHMA. (36)

Species 1. Aſthma humidum.
Species 2. Aſthma ſiccum.

HYDROTHORAX. (37)

EMPYEMA. (38)

ORDO VIII. MENTALES.

Morborum qui ſub hoc titulo recenſeri poſſint nullam tabulam hic oppoſuit clariſſ. Auctor; et, ob hanc cauſam, ut videtur, quod dubitat an genera maniæ et melancholiæ, ſub hoc titulo vulgo recenſita, revera aliter differant quam idem natura morbus qui ſub diverſa facie diverſis temporibus compareat.

ORDO IX. CACHEXIÆ.

POLYSARCIA. (39)

HYDROPS. (40)
- Species 1. Anaſarca.
- Species 2. Hydrocephalus.
- Species 3. Hydrops pectoris.
- Species 4. Aſcites.

ICTERUS. (41)
- Species 1. Icterus ſpaſmodicus.
- Species 2. Icterus a preſſura.
- Species 3. Icterus calculoſus.

EMPHYSEMA. (42)
- Species 1. Emphyſema primarium.
- Species 2. Emphyſema ſecundarium a vulneribus thoracis.

TYMPANITES. (43)

PHYSCONIA. (44)

ATROPHIA. (45)

OSTEOSARCOSIS. (46)

SARCOSTOSIS. (47)

MORTIFICATIO. (48)
- Species 1. Sphacelus.
- Species 2. Necroſis.

SCORBUTUS. (49)

SCROFULA. (50)

CANCER. (51)

LUES venerea. (52

PARS

PARS SEXTA.

GENERA MORBORUM PRÆCIPUA DEFINITA,

ADDITIS SPECIEBUS
CUM HARUM EX SAUVAGESIO SYNONYMIS,

A
GULIELMO CULLEN.

EDINBURGI—M DCCC II.

PROLEGOMENA.

Res eſt inter medicos ſatis nota, morbos quoſdam natura ſive cauſa proxima diverſos, externa tamen facie, ſive ſymptomatis, adeo ſimiles eſſe, ut alii ab aliis difficillime internoſcantur. Cum autem morbi natura diverſi remedia diverſa, quandoque etiam contraria, poſtulent, ſummi eſt momenti ut medicinam facientes morbum quemque, a quovis alio, certo dignoſcant.

Dum medici vero, in ipſo artis uſu verſati, de morbis diſtinguendis ſæpe incerti ſint, merito queruntur, in ſcriptis de re medica, non ſemper inveniri quæ hanc ambiguitatem ſolvere valeant. Sæpe quidem obſervatum eſt, deſcriptiones, ſive hiſtorias, quas vocant, morborum, in ſcriptis medicorum reperiundas, plerumque mancas et imperfectas eſſe; et nemo eſt, ut opinor, qui non facile agnoſcat, hiſtorias morborum pleniores, magis exactas, et characteribus melius diſtinctas, quam quas adhuc habuimus, deſideratas eſſe.

Putarunt quidem multi, medicos veteres Græcos et Romanos, in obſervandis et notandis morborum phænomenis, diligentes et ſolertes fuiſſe, atque in horum ſcriptis hiſtorias morborum complures quæ nobis utiles eſſe poſſint exſtare. Mihi vero videtur vel ineptam et ſuperſtitioſam antiquitatis venerationem, vel quandam eruditionis oſtentationem, ſcriptis medicorum veterum in hac re æſtimationem nimiam conciliaſſe. Minime quidem diſſimulandum, in ſcriptis illis quædam quæ morborum characteres vere delineant ſubinde reperiri. Quæ autem ejuſmodi ibi occurrunt, quantumcunque a recentioribus æſtimata, parum profecto nos docuiſſent, et attentionem noſtram penitus fortaſſis effugiſſent, niſi res eædem nobis ex propria obſervatione prius innotuiſſent. Revera, neoterici libros veterum raro, ad primam rerum notitiam comparandam, evolvunt, ſed plerumque, ut propria tantum inventa et obſervationes horum auctoritate ſuffulciant, perſcrutantur. Mihi quidem perſuaſum eſt, vel hiſtorias morborum pleraſque, quæ in ſcriptis veterum jam inveniuntur, ad morbos regionis a noſtra plurimum diverſæ pertinere, ideoque nobis parum utiles eſſe; vel ſcripta eorum adeo mutilata et corrupta ad nos perveniſſe, ut ad uſus noſtros parum conferre queant. Fatendum ſaltem, notitiam morborum ex ſcriptis veterum hauriendam multo minorem eſſe, quam qua opus eſt ad illam, de qua diximus, ambiguitatem eximendam.

Nec nisi sero admodum et lente ad hanc rem expediendam progressi sunt recentiores. Seculo enim decimo sexto, Galeni sequaces, in instauranda veterum doctrina, tanta cum laude versati, in horum scriptis explicandis et illustrandis fere solum occupati; parum omnino ad emendandam vel amplificandam morborum historiam contulerunt.

Nec ejusdem ævi medici chemici, Galenicorum adversarii acerrimi, in illa re plus fecerunt. Medicamentis enim inveniendis, et promiscue adhibendis, solum intenti, a morborum studio hominum animos prorsus avertebant.

Hinc quidem factum est, quod ab instauratis literis seculo decimo quinto, usque ad tempora Sydenhami, nullæ fere morborum historiæ plenæ vel accuratæ conscriptæ sint. Sydenhamus vero, sagacitate et judicio quibus maxime pollebat, majorem in notandis et describendis morborum phænomenis diligentiam adhibendam esse protinus sensit, et in hunc finem ad sedulam observationem se accinxit, qua plures tandem et meliores, quam antea quisquam, morborum descriptiones protulit.

Ad hujus exemplum, et ad normam methodi, per observationes et experimenta, philosophandi, tunc temporis invalescentis, evenit, ut ab eo tempore plures medici, in historiis morborum augendis et accuratius reddendis, operam collocaverint.

A tempore igitur Sydenhami in hac re multum laboris nec frustra impensum est; rem tamen minime adhuc absolutam esse censeo. Multa parum accurata, multa erronea, multa denique prorsus falsa, historiis morborum, quas jam habemus, inesse, novit quisque in his aliquantulum versatus; et novit etiam ex variis causis hæc vitia subrepsisse. Scriptores enim, alii ad theorias sibi placentes stabiliendas, alii ad fidem remediis ab ipsis sive inventis sive multum laudatis conciliandam; vel veritatem, præconceptis occæcati, non percipiebant, vel etiam fictis et falsis corrumpebant. Plures, re omni quovis modo mirabili capti, quod ipsi facile crediderunt, alios credere cupientes, rem omnem præter modum amplificarunt. Plures denique, ut observationibus, hodie adeo expetitis, famam sibi compararent, historias in museo fictas, pro veris tradiderunt. Hæc omnia, si specialius indigitarem, de imperfecta hactenus morborum historia satis clare constaret; sed hæc omnia impræsentiarum prætermitto, et unum solummodo, in historiis morborum conscribendis, vitium, ad rem nostram maxime pertinens, indicatum volo.

Multi optimæ etiam fidei medici, in morbis observandis

diligenter

diligenter verſati, in hiſtoriis eorum conſcribendis faepe nimium fecerunt. Non ſolum enim ſymptomata morbi cujuſvis ſemper praeſentia et inſeparabilia, ſed plura etiam, et cuncta quidem quovis tempore morbum comitantia, recenſuerunt. Ita ſymptomata rarius, nec neceſſario cum morbo conjuncta, et plura omnino adventitia et fortuita, notarunt; dum ſimul illa inuſitata et fortuita ab uſitatioribus et inſeparabilibus diſtinguere penitus neglexerunt. Hinc, hiſtoriam morborum pleniſſimam reddere conantes, quae ad diſtinctionem cujuſque ab alio quovis conferre poſſent, omiſerunt, immo difficiliorem reddiderunt.

De hacce in hiſtoriis morborum redundantia ſaepe conqueſti medicinam facientes, pathognomonica quae dicuntur deſiderarunt; hoc eſt, ut notentur ſymptomata illa pauca, quae cuique morbo adeo propria ſunt, ut ab illis ſolis quiſque morbus ab alio quovis illico et certo dignoſcatur. Hujuſmodi autem pathognomonica in ſcriptis medicis nondum data, neque unicuique morbo aſſignata ſunt; nec quantum video niſi per Noſologiam methodicam, rite inſtitutam, aſſignari queunt.

Dudum quidem Sydenhamus et ſolers Baglivius, quo facilius et certius morbi diſtinguerentur, morbo omnes, per normam methodi botanicae, ad genera et ſpecies, appoſitis characteribus idoneis, referri voluerunt: Id eſt, ut inſtitueretur Noſologia methodica. Hoc etiam conſilium alii ſummae famae medici comprobarunt, et quiſque, ni fallor, in artis uſu occupatus, factum fuiſſe vehementer optaret. Nihil tamen hujusmodi protinus tentatum fuit; an quidem ex fructu inde capiendo parum perſpecto, an vero ex difficultate operis praeviſa, non conſtat; ſed revera nihil omnino tentatum fuit, donec celeberrimus Franciſcus Boiſſier de Sauvages, circa annum 1732, rem aggreſſus ſit.

Quæ quidem, exeunte ſeculo decimo ſexto, Felix Platerus in morbis ſecundum ſymptomata ordinandis conatus eſt quodammodo huc referri poſſunt; conatus autem iſti inconditi adeo et imperfecti erant, ut quenquam eoſdem proſecuturum eſſe vix expectandum fuit; et revera ante Sauvageſium nemo, quantum novimus, ulla ex parte proſecutus eſt. Haud diſſimulandum quidem, Platerum Sauvageſio quaedam ſuggeſſiſſe; pauca tamen, nec fauſta admodum, et quae nemini uſui fuiſſent, niſi Sauvageſius, cum meliore ſpe, opus multo longius provexiſſet.

Ipſe quidem Sauvageſius primum lente et titubanter progrediebatur; et, re iterum atque iterum tentata, non niſi poſt multam

multam lectionem, et affiduam per triginta annos meditationem, Nofologiam methodicam fuam, anno 1762 editam, protulit.

Interea, duo alia, in Nofologia methodica, tentamina facta funt; alterum a celeberrimo viro, et in diftributione rerum methodica plurimum exercitato Carolo a Linne; alterum ab erudito Profeffore Gottingenfi, Rudolpho Augufto Vogel. A neutro tamen, utpote veftigiis Sauvagefii preffe nimis infiftente, opus multum promotum fuiffe videtur.

Cum de utilitate hujufmodi tentaminum, jamdudum mihi perfuafum fit, fimulac ad medicinæ praxin docendam in hac alma Academia admotus fui, mei officii effe putavi alumnos noftros ad Nofologiæ methodicæ ftudium allicere; et quo facilius hoc efficerem, libellos quotquot ad id conferre poffent, hic edendos, et in difcipulorum manus tradendos, curavi.

Ex opere Sauvagefii, aliis rebus non admodum utilibus referto, ea tantum quae ad genera et fpecies morborum diftinguendas pertinerent excerpfi, et cum his Linnæi et Vogelii libellos integros conjunctos edidi.

Auctores hi aliquid laudis fine dubio merentur; quanquam enim eorum opera, rem ex toto confeciffe minime videantur, nec multum utilitatis tyronibus inexpertis afferre queant; in arte tamen verfatis, et in dignofcendis morbis aliquatenus exercitatis, nonnihil commodi exinde oriri poffit.

Difficile quidem erit, hanc rem protinus perfectam reddere, nec, ut opinor, nifi tentaminibus repetitis fieri poteft. Non folum igitur mihi licitum, fed mei muneris effe, opus hoc Nofologicum, quantum poffem, promovere arbitratus fum; eoque confilio methodum quodammodo novam tentavi, et una cum fupra dictis edidi. Hanc, etfi nequaquam omnibus numeris abfolutam, prioribus tamen in quibufdam magis accuratam inventam fore fpero.

Qui ante nos huic ftudio operam dederunt, minus confulto, ut mihi videtur, rem aggreffi funt; morborum enim fpecies parum perfpectas habentes, ad fuprema claffium et ordinum genera conftituenda illico fe accinxerunt. A natura vero, fpecies folum datae funt; et generum conftitutio eft mentis humanæ excogitatio, quæ, donec fpecies omnes bene notæ et perfpectæ fuerint, fallax et incerta erit; et in generibus quidem conftituendis, nifi ad fpecies femper refpiciamus, labor nofter vanus et futilus evadet.

Conftitutio generum fupremorum, in quovis rerum fyftemate, neutiquam adhuc abfoluta eft. Claffes enim vel etiam ordines, omnino naturales, vel in fyftemate vegetabili, vel in animali,

animali, nondum ubique conſtitutæ ſunt. De foſſilibus methodus etiam difficilior, et de morbis fortaſſis omnium difficillima erit. Videamus igitur quomodo hanc rem quam optime tractare poſſimus.

Cum res diſtinguendæ, numero quam plurimæ ſint, tum ad inveſtigationem, tum ad reminiſcentiam, utiliſſimum et neceſſarium eſſe videtur, ut ad genera quædam ſuprema referantur; cum vero ſpecies rerum non admodum numeroſæ ſint, et quarum ſigillatim recenſitatum reminiſci, memoriæ in pleriſque hominibus vires non excedat, eas ſumma ſolicitudine, ad claſſes et ordines referre vix opus eſſe videtur.

Ita Illuſtris De Buffon quadrupedia, quorum ſpecies numero paucæ ſunt, ad claſſes et ordines referre haud neceſſarium eſſe cenſuit, et quæ in hunc finem alii tentarunt, frivola eſſe, et ad denominationem ſtudioſos plurimum turbantem duxiſſe, putavit.

Illuſtri tamen et egregio viro prorſus aſſentire nequeo. Etiamſi enim inſtitutio claſſium et ordinum morborum, neque pro inveſtigatione eorum ſatis perfecta reddi queat, neque pro numero valde neceſſaria ſit; quodammodo tamen tentandam, et ad majorem accurationem diligenter perducendam eſſe, puto.

Enimvero, ſi ab illuſione quæ ex characteribus claſſium et ordinum oriri queat, cavemus, et ni fallor, cavere plerumque licet, etiam claſſium et ordinum inſtitutionem, in multis ad pleniorem et magis exactam ſpecierum diſtinctionem conferre poſſe contendo. Etſi enim ejuſmodi inſtitutionem, ubique certam et accuratam ſemper aſſequi haud liceat, ipſos tamen conatus ad illam aſſequendam magnopere ex re fore putarem, quippe qui ad diſquiſitiones utiles, tum in pathologia, tum in morborum hiſtoria, ſæpe obvenientes, ſubinde ducant. Certe, cum de natura morborum diſquirere velimus, diſtinguendi ſunt, tum per ſymptomata cuique propria, tum per illa cum aliis quibuſdam communia, quod nihil aliud eſt, quam morbos, uti alia quæcunque in rerum natura diſtingui debent, per genera et ſpecies diſtinguere, et hujuſmodi diſtinctio generum, tum ſupremorum tum proximorum, notationem neceſſario exigit.

Quantacunque tamen ex inſtituendis morborum claſſibus et ordinibus utilitas provenire poſſit, certe fatendum eſt, Noſologos, huic rei præcipue intentos, ſucceſſus optatos nondum obtinuiſſe; et ex hujus ſtudii adeo imperfecti conſpectu, ni fallor, accidit, quod totam rem Noſologicam alii deſpexerint, alii vero impoſſibilem judicaverint.

Qui

Qui impoſſibilem putant, certe falluntur. Diſtinctionem morborum aliquando difficilem eſſe, fatentur omnes; poſſibilem autem in pleriſque eſſe, fateri etiam oportet; nam, ſi quis hoc negaverit, idem fecerit, ac ſi nullam eſſe artem medicam dixiſſet. Si revera tamen medici morbos a ſe invicem dignoſcere poſſint, certe quibus indiciis id faciant, etiam dicere queunt. Hæc autem indicia nulla alia eſſe poſſunt, quam quæ morbum quemque per genus et ſpeciem definiant, quæ rurſus per methodum Noſologicam, rite inſtitutam, ſolummodo exponi queant.

Diſtinctionem itaque morborum, hactenus ſæpe dubiam, per Noſologiam methodicam magis certam fieri poſſe, affirmare nullus dubito. Porro obſervandum, quoties hujuſmodi diſtinctionem morborum exponere conati fuerimus, id commodi oriturum, quod hujus diſtinctionis vel defectus, vel errores, facillime percipientur, et cum percepti, vel ad obſervationes jam factas accuratius conſiderandas, vel ad obſervationes poſtea diligentius faciendas, ducent; quin et plurimum valebunt, tum ad Noſologiam methodicam, tum ad diſtinctionem morborum, tandem perfectiorem reddendam.

Quamvis morborum characteres hactenus propoſiti ſæpe deficientes ſunt; tentamina tamen omnia jam facta exhibere cupiens, in tertia Synopſis editione ex ſyſtemate ſymptomatico Cl. Michaelis Sagar, quæ ad genera morborum definienda pertineant, excerpſi, et in hac quarta editione, Ingenioſi Davidis Macbride, Tabulas Noſologicas addidi, et cæteris ſupra memoratis ſubjunxi. Hæc autem tentamina omnia ſimul edita ſunt, ut juxta poſita facilius conferri poſſint, et ut collata vel optimos et maxime idoneos characteres indicent, vel ad erroneos corrigendos, et ad diſtinctiones magis exactas obtinendas, lectores ducant.

Hujuſmodi ſtudium plurimis medicis neceſſarium fore facile credo; nam morborum titulis inhærentes, notiones parum accuratas et determinatas habent; et, quantum video, ad magis exactas, niſi noſologiæ methodicæ ſtudio, duci vix poſſunt.

Ex iis quæ jam diximus, tum utilitatem tum neceſſitatem Noſologiæ Methodicae manifeſtam fore ſpero; et ſimul patebit, quare antehac, et nunc etiam, eandem colere allaboravi. Proximum eſt, ut in hiſce prolegomenis, quas in hoc ſtudio regulas ipſe obſervavi, et ab aliis obſervandas vellem, nunc exponam.

Prima et præcipua noſtra cura fuit, ut morborum ſpecies in ipſis ægris præſentes detegerentur et dignoſcerentur. Cum vero ſpecies niſi ſimul genus indicaretur, vix recte definire

 poſſint;

poſſint; et cum genera plurima a Noſologis indicata unius tantum ſpeciei ſint, inde factum eſt, quod noſtri etiam labores, in generibus præſertim diſtinguendis, impenſi videantur. Ad ſpecies tamen ſemper reſpeximus; et ad eas dignoſcendas, characteres generum a nobis datos ubique utiles fore ſperamus.

In generibus morborum recenſendis, pauciora, quam in aliis ſyſtematibus dicta ſunt, recenſui; quod ſi recte feci, id ſtudioſis multitudine rerum contemplanda facile turbatis imprimis commodum eſſe puto. Etiamſi enim numerum generum minuens aliquando erraverim, id tamen tuto tentatum fuiſſe cenſeo; cum enim diſcipuli noſtri genera facile et ſatis certo diſtinguenda recte perſpexerint, illos genera forte omiſſa facile poſtea agnituros eſſe, credo.

Genera morborum vero apud nos, quam apud alios Noſologos, neceſſario pauciora ſunt; quia plura, pro diverſis ab aliis habita et recenſita, a nobis, utpote nulla, quantum nobis videtur, re diverſa, ſub uno titulo comprehenſa ſunt; et hujus rationes poſtea locis idoneis tradendæ venient. Interea notandum, plura genera, quæ primo intuitu omiſſa videantur, nequaquam ex oculis ſtudioſorum ſublata eſſe, cum generis illius, ad quod pertinere nobis videntur, uti ſynonyma recenſeantur, et locum ſuum in indice adhuc retineant.

Deinde, genera morborum a nobis, quam ab aliis enumerata et definita, pauciora ſunt; quia nulla, niſi idiopathica et primaria notanda eſſe duximus; dum plura ab aliis memorata, ſympathica tantum ſunt, ſive ſymptomata nuſquam per ſe exiſtentia; et neutiquam igitur pro morbis primariis agnoſcenda. Ita Carphologia, Pandiculatio, Rigor, Sternutatio, Oſcedo, Singultus, Stertor, Anxietas, Laſſitudo, Stupor, Pruritus, Algor, et Ardor, a Sauvageſio, et alia ab aliis, pro generibus recenſita, a nobis penitus omittuntur; et recte, ni fallor, niſi quot ſymptomata, totidem genera morborum, ponere velimus.

Denique, genera morborum apud nos pauciora ſunt; quia, ex claſſibus Vitiorum et Deformitatum, plura a nobis omittuntur; vel quod morbi adeo leves ſint, ut medicorum attentionem et curam non mereantur; vel quod congeniti et immutabiles medicorum artem penitus eludant. Ita Lentigo, Leuce, Cyaſma, Seline, et Cicatrix, ex claſſe Vitiorum; et Phoxos, Gibber, Rhyſſemata, Canities, Colomba, Nævus, Monſtroſitas, Rhicnoſis, Varus, Valgus, Leoipides, Saniodes, Cripſorchis, Hermaphroditus, Dionyſiſcus, Galiancon, Galbulus, et alia ex claſſe Deformitatum apud Vogelium recenſita, recte a nobis, omiſſa

omiſſa putamus. Ejuſmodi Vitia et Deformitates, fortaſſis in pathologia, ſive hiſtoria generali, mutationum quas, quavis occaſione, ſubit corpus humanum notari poſſent; Noſologiam autem methodicam iis adeo frivolis onerare, vel eandem tam multis novis et inutilibus appellationibus turbare, minime idoneum videtur. Judicet itaque lector, quam merito gloriatur Cl. Sagar, ſe generum numerum auxiſſe.

Quod, modo memorata omiſerim, venia forſitan mihi facile dabitur. Sunt autem alii morbi, memoratu quidem digni, quos omiſſos non adeo facile condonabit ſtudioſus. Hujuſmodi omiſſiones agnoſco, et quidem doleo; ſed variæ rationes, ut quidam morbi hic omitterentur, effecerunt. Primo, fieri poteſt, ut quidam obſervationem noſtram penitus effugerint; dein, ſunt alii ſatis noti, quibus, in noſtro ſyſtemate, locus idoneus nuſquam inventus eſt; denique, ſunt alii quorum hiſtoria apud medicos adeo ſit imperfecta, ut nec locus nec character idoneus iis aſſignari queat. Ne tamen ejuſmodi genera penitus omitterentur, ad calcem operis, omiſſorum, quotquot noverim, catalogum ſubjunxi, ut poſteri perſpicaciores, ea diligentius perpendentes, characteres et locum iis aſſignent.

Eodem conſilio, ne ſcilicet tyronibus contemplanda præter neceſſitatem multiplicarentur, non genera ſolum, ſed ſpecies morborum etiam ad minorem numerum redegi. Hoc magis periculoſum videri poteſt, cum nullam ſpeciem, quæ revera exiſtat, recte omittere liceat. Ne quidem ad recenſionem ſpecierum ipſe accederem, difficultas operis me dubium, et timidum antehac diu cohibuit; et id tantum tentare auſus ſum, ut ſpecies, a Sauvageſio recenſitas, ſerie paulo luculentiore et emendatiore traderem: Re autem amplius, et curatius perpenſa, ſpecies jam recenſurus, numerum eorum, apud Sauvageſium recenſitarum, multum minuendum eſſe, arbitratus ſum.

Solus quidem Sauvageſius, nam Sagarum nihil moror, in recenſione ſpecierum quicquid præſtitit; et licet egregius vir, plurimis obſervationibus undique collectis, multum de re medica meritus ſit; haud tamen diſſimulandum, illum in multis graviter erraſſe, dum ſpecies revera eaſdem, ſub diverſa appellatione repetitas, pro diverſis ponebat; et præſertim dum ſpecies ſympathicas, tam ſæpe idiopathicis immiſcebat, qua ratione earum numerum totum præter modum auxit. Hos ut tollerem errores, quod potui feci, numeroſis nempe apud Sauvageſium ſpeciebus, recte, quantum ego judico, ad pauciores redactis.

Quod ut efficerem, primo ſpecies plures, ut diverſas a Sauvageſio

vagesio recensitas, pro una eademque habui, et sub uno titulo posui; atque hujus rei rationes locis suis idoneis posthac tradendæ sunt.

Deinde, cum species idiopathicas solum pro veris et genuinis enumerare velim, quotquot pro symptomaticis habere potui, totidem ex numero specierum apud Sauvagesium sustuli. Cum autem, in recensione specierum symptomaticarum aliquis usus sit, earum recensionem, seorsum tamen, denuo apposui.

Denique, alia et præcipua ratio, qua specierum, a Sauvagesio recensitarum, numerum minuendum esse censui, ea est, qua plures ab eo pro diversis positas, pro specierum varietatibus, tantum habui et enumeravi.

Hoc autem est, quod in Nosologia Methodica maxime difficile videtur, dicere nimirum, quid pro ipsa specie morbi, quid pro ejusdem speciei varietate, tantum habendum sit. Cum autem criteria illa, quæ in Zoologia et Phytologia, ad species a varietatibus certius distinguendas adhiberi possint, in Nosologia Methodica nequaquam invenienda sint; varietates morborum a speciebus distinguere ubique difficilius erit. Quamobrem varietates plures recensere, tutissimum et fere necessarium esse duxi. Ejusmodi vero distinctionem, in artis usu utilissimam fore ratus, illam adhiberi ubique annisus sum; quod si non in omnibus, cum æque certa cognitione, cum aliqua saltem verisimilitudine, diligenter quæ sequuntur pensitatis, sæpe fecisse videor.

Cum morbus aliquis, quo plures homines laborant, symptomata cujusdam speciei characteristica omnia et solo, in unoquoque ostendit; quantumvis hæc in alio minus, in alio magis vehementia sint, hoc speciem diversam exhibere non putamus; et, in universum, morbos gradu solum differentes, non nisi ejusdem speciei varietates præbere censemus.

Tunc igitur de varietate a specie distinguenda quæstioni tantum locus est, cum in diversorum hominum morbis, vel ex solitis cujusvis speciei symptomatis, quædam absint, vel iisdem quædam addita sint.

Cum ex symptomatis solitis quædam absint, quoties inter symptomata, quæ magis, et ea quæ minus, essentialia sunt distinguere liceat, ex horum absentia non nisi varietatem adesse concludimus.

Cum vero symptomatis characteristicis alia quædam addita sint, si addita pro symptomatis symptomatum, potius quam pro symptomatis causæ haberi queant, varietatem tantum constituunt.

Denuo, cum symptomata addita, in specie data, prorsus insolita

solita sint, et simul conditiones morbi præcipuas parum vel nihil mutari videantur, hæc quoque varietatem tantum præbere censenda.

Cum morbi genus quoddam, ex principiis diversis oriri queat, idem, ex diversitate principii, specie diversum evadere potest, nec semper tamen; nam, quotiescunque diversitas illa parva fuerit, et simul symptomata parum ab ea fuerint mutata, hoc etiam non nisi varietatem exhibere, putamus.

Morbi genus itidem, pro diversa ejus sede, diversæ speciei fieri potest; quotiescunque vero sedes diversa, neque partis structuræ, neque functionis ratione differat, hujusmodi sedis diversitas etiam pro varietate tantum habenda est.

Porro, cum de morbis invicem distinguendis hic agatur, observari vellem, res duas esse, quæ ad similitudinem et affinitatem morborum, in diversis hominibus indicandam, plurimum facere possint.

Altera est, quod principii quædam similitudo, morborum inde in diversis hominibus genitorum similitudinem arguit; ita, quando morbi diversorum hominum, ex uno eodemque principio oriantur; quando, etiam principium illud, ad morbum gignendum, in unoquoque necessarium sit; denique, quando idem principium, ubique fere ejusdem qualitatis et vis esse videatur, tum demum morbos, ex ejusmodi principio genitos, ejusdem vel simillimæ naturæ esse, judicare licet.

Hoc de morbis contagiosis plerisque valere mihi videtur. Ex his enim sunt, qui in pluribus hominibus ab eadem specifica contagione oriuntur; nec, in eorum aliquo morbus, nisi ab illa contagione applicata, oriri unquam observatur; et simul illius contagionis vires et qualitates, ubique fere, eædem esse videntur. Quod ad proxime dictum spectat, id quibusdam dubium videri potest; sed, cum ejusdem contagionis effectus, per secula plura jam observati, semper et ubique admodum similes sint, eam qualitate et viribus eandem esse, merito concludimus; et, ob hoc præsertim, quod effectus isti, quatenus diversi videantur, plerumque hominis infecti conditioni cuidam, potius quam contagioni, qualitate vel viribus diversæ, tribui possunt.

Morbos, itaque, eadem contagione specifica ortos, simillimæ naturæ esse credendum; ejusmodi morbos etiam vix, nisi unicam ejusdem generis speciem, præbere; immo, earum diversitatem quandam aliquando observatam, non nisi ejusdem speciei varietatem indicare, suspicandum est.

Hæc omnia, non solum de exanthematis contagiosis, sed etiam de plerisque febribus epidemicis, dicta velim. Hanc autem

autem opinionem, de ſimilitudine febrium epidemicarum proferens, a gravis auctoritatis viro Sydenhamo, hujuſmodi febres ſpecierum plurium eſſe ſtatuente, diſſentire cogor. Recte quidem, an ſecus, multum dubito; et poſteris litem dirimendam relinquo, hoc ſimul præmonito, plurimum medicinam facientibus inter futurum, de alterutrius ſententiæ veritate ſibi ſatisfacere, vel potius quas limites utrique ſint ponendæ, ſtatuere.

Altera res, quæ ſimilitudinem morborum, in diverſis hominibus, oſtendere poſſit, eſt ſimilitudo remediorum quibus ſanantur. Similitudo quidem morborum in ſimilitudine cauſæ eorum proximæ, qualiſcunque ſit, revera conſiſtit; cum remedia vero morbis medeantur, tantum quatenus cauſas eorum proximas tollant, morbos, qui iiſdem omnino remediis ſanantur, ejuſdem naturæ eſſe oportet.

Hujuſmodi ratiocinatio, tum ad phlegmaſiarum miſſione ſanguinis, tum ad febrium intermittentium cortice Peruviano ſanatarum, ſimilem naturam indicandam, plurimum certe facere poteſt. Hanc autem doctrinam, utcunque in praxi medica, aliquando utilem, fallacem tamen, neque in praxi, neque in Noſologia methodica, niſi caute admodum, adhibendam eſſe cenſeo. Apud vulgus medentium quidem, remedia eadem quibuſque fere ejuſdem generis, ſpeciebus, et harum varietatibus adhiberi, et hinc genera plura nullo modo ſpecie differre, videantur. Sed peritiores norunt, morbos, aliquo modo diverſos, rarius quam putatur, ab iiſdem prorſus remediis ſanari: Bene etiam norunt, ex promiſcua remediorum adhibitione fieri, quod eadem remedia adeo ſæpe fruſtranea, ſanationes ſaltem minus perfectæ ſint. Porro, norunt expertiſſimi, ad recte medendum, omnino opus eſſe, ut remedia, non ſolum generi ſed ſpeciei cuique, et ſæpe etiam varietatibus quibuſdam, apprime ſint accommodata.

Ad artem medicam breviorem, et exinde faciliorem, reddendam, ſpecies moborum quaſcunque, a varietatibus ſuis diſtinguendas eſſe, arbitratus ſum. Hanc tamen diſtinctionem in pluribus quodammodo incertam eſſe fateor, et, in Noſologia methodica, tutiſſimum fore puto, varietates morborum pleraſque notare et recenſere. Hoc itaque præſtare ubique anniſus ſum, aliis ſapientioribus, qui poſthac huic operi ſe immiſcere velint, relinquens, diſcriminationem magis certam ſtatuere.

Expoſita jam qua ratione morborum, tum generum, tum ſpecierum, numerum minuere laboravi; ſupereſt, ut quo modo eorum, quæ admiſi, characteres conſtituendi ſunt, nunc exponam.

Imprimis igitur, notas externas, ſenſibus noſtris facile obvias, ubique ſelegi; neglectis, vel potius rejectis, de ſtatu corporis interno conjecturis quibuſcunque. Porro, ex notis quæ ſenſibus ſunt obviæ, illas medici potius quam ægri ſenſibus percipiendas, ſemper prætuli; quum tamen has, utcunque fallaces, penitus negligere vel omittere non liceat.

Secundo, ea ſymptomata pro notis characteriſticis præcipue ſeligenda putavi, quæ perpetuo cum morbo præſentia ſunt, et hoc quidem ſemper annitendum eſſe puto. Cum vero plurimi morbi ſub eorum decurſu, aliam atque aliam omnino formam capiant, in his, ex ſerie rerum, et ſymptomatum ſibi invicem ſuccedentium, character ſæpe neceſſario petendus eſt.

In hac re autem tractanda, duplex quæſtio exoritur. Prima eſt, An ex morbi principio characteris partem deſumere liceat?

Ad hanc reſponderi poſſit, quod, etiamſi de principiis morborum apud medicos judicium ſæpe fallax, et prorſus falſum ſit, nec temere idcirco ad morbos diſtinguendos adhibendum; cum eadem tamen aliquando ſatis certe nota ſint, et facile obſervanda, hujuſmodi principia in Noſologia, pro notis characteriſticis recte adhiberi poſſe cenſeo.

Altera quæſtio hic exoriens eſt, quatenus ex ſerie ſymptomatum, ſub decurſu morbi occurrentium, characterem ejus petere liceat? Ad hanc etiam poſſit reſponderi, quod, cum plures morbi, uti exanthemata et febres intermittentes, niſi poſt decurſum aliquot dierum, ex ſerie ſymptomatum ſibi invicem ſuccedentium, nullo modo dignoſci queant; ut hujuſmodi morbi diſtinguantur, ex ſerie illa character neceſſario ſumendus eſt. Characteres autem, non niſi poſt longum morbi decurſum, fortaſſis non niſi poſt morbum finitum, ſtatuendi, nequaquam in Noſologia uſurpari debent. Ita apud Ill. Linnæum Febrium Continentium, quas vocat, characteres a diuturnitate totius morbi deſumpti prorſus inepti ſunt.

In conſtituendis morborum characteribus, regula tertia eſt, quod, cum quiſque fere morbus, ex plurium ſymptomatum concurſu ſolum dignoſcatur, ex iis pro notis characteriſticis quot ſufficiant; nec plura tamen adhibenda ſunt. Priores Noſologi mihi videntur, in characteribus quos dederint, plerumque nimis breves et deficientes fuiſſe; et forſan mihi vitio verti poteſt, quod aliquando ſim in iiſdem nimis longus et redundans. Nuſquam quidem nolens fui redundans; ut vero eſſem copioſus ubique me conatum fateor, prudentiſſimum fore ratus etiam ad redundantiam appropinquare, quippe po-

ſteris

fteris multo facilius erit, quod nimium eft tollere, quam quod deficiat fupplere.

In characteribus denique morborum conftituendis, quæritur etiam, an ex defectu functionis cujuflibet, quæ in fano unoquoque exercetur, vel ex abfentia fymptomatum, in aliis generibus vel fpeciebus apparentium, notas quafdam defumere liceat? Sauvagefius quidem defectus functionum, utpote nihil pofitivum indicantes, pro morbis noluit admittere; plures igitur, qui a Linnæo fub ordine Conftrictoriorum, et a Vogelio fub claffe Epifchefium, recenfentur, penitus omifit.

Sed, pace tanti viri, dixerim, quanquam defectus, fi ftrictius loqui velimus, nihil pofitivum indicet; defectum tamen functionis, quam exercet quifque fanus, ftatum corporis humani exhiberi, quem ut diftinguamus utiliffimum eft, atque etiam neceffarium, et ejufmodi ftatus pro morbo recte haberi poteft. Porro, etiamfi in quibufdam defectus ifti aliquando fine moleftia vel morbi fymptomate obferventur; in plerifque tamen magnam moleftiam, et fymptomata plurima pariunt. In his igitur, defectum functionum, fæpe fymptomatum caufam manifeftam, pro morbo haberi licet, et ex ejufmodi defectu, in plurimis morbis horum notas characterifticas petere licet, et oportet. Sauvagefius ipfe in hac re parum fibi conftare videtur, Debilitatum claffem inftituens, et Amnefiam, Agrypniam, Ifchuriam, et alia etiam tanquam genera recenfens.

Quod notas ex abfentia fymptomatum, in aliis congeneribus apparentium, fpectat; eas nequaquam bonas, et, ubicunque fieri poteft, evitandas cenfeo. In pluribus vero vitari, quantum video, non poffunt; nec a quovis Nofologo adhuc fuerunt vitatæ.

Cum, fecundum has regulas, characteres morborum conftituendi fint, plurimum refert, eofdem fermone accurato et luculento exprimere; nec minus, morbum quemque apto nomine infignire.

Norunt eruditi, Ill. Linnæum methodum plantarum perfectiorem reddidiffe, eo, quod botanices linguam, ufurpatis ubique vocibus maxime idoneis et definitis, magis accuratam effecit; nec quidem dubito quin delineatio morbi, ad inftar delineationis plantæ, a Linnæo exhibitæ, in Nofologia multum profutura fit. In Nofologia autem, ac in botanice, non æque neceffarium effe videtur; tum quod tam multæ rerum circumftantiæ, in Nofologia, ac in botanice, notandæ non veniunt; tum quod fymptomatologia, in quibufcunque fere Pathologiæ generalis fyftematibus exhibita, plurimum in hac re jam præftitit. Fatendum quidem, fymptomatologias vulgo prolatas,

nec

nec adeo plenas eſſe, nec adeo exactas, ac optandum eſſet; et, ſi pleniores fierent, atque ubique voces magis idoneæ et accurate definitæ uſurpatæ eſſent, ad Noſologiam perficiendam certe plurimum conferre poſſet. In hujuſmodi vero tentamine cavendum eſt, ne diſtinctiones nimium ſubtiles et dubiæ adhibeantur, uti ab auctore Obſervationum Clinicarum, quæ Warſaviæ annis 1767 et 1768 prodierunt, factum fuiſſe opinor. Ipſe quidem hujuſmodi nihil tentavi, tum quod plus exegiſſet, quam per longum tempus mihi ſuppetivit otii, tum quod mihi minus neceſſarium videtur, qui voces apud medicos uſitatiſſimas, et in ſenſu vulgo recepto, ubique fere uſurpandas curaverim.

Quod ad denominationem morborum attinet, in Claſſium, Ordinum, et Generum nominatione, eas, quantum potui, regulas obſervavi, quæ in Linnæi Criticis Botanicis, et in ejuſdem Philoſophia Botanica, ab ill. auctore traduntur.

Quando notiones novæ ſunt proferendæ, etiam nova nomina imponenda ſunt, et ejuſmodi aliquando, parcius licet, adhibuimus. Cum vero nomenclaturam medicam, diuturno uſu confirmatam, ſine gravi cauſa mutare non liceat; ne factum eſſet ubique curavimus; quod tamen Ill. Linnæum ſæpe, nulla urgente neceſſitate, feciſſe, et Vogelium appellationibus novis, frivolis, ineptiſque, Noſologiam deturpaſſe, obſervavimus.

Ut clarior et certior habeatur morborum notitia, appellationibus ſelectis, ſynonyma, tum aliorum Noſologorum, tum auctorum maxime celebrium, ubique appoſuimus. Hoc diligentius feci, ut inde norint ſtudioſi, ex quibus præcipue ſcriptis, morborum ſcientia optime obtineri poſſit.

In recenſendis ſpecierum ſynonymis, appellationes, quibus Sagarus uſus ſit, omiſi, tum quod ipſe aliorum auctorum ſynonyma ubique omittens, nos de ſpeciebus, quas indicare voluit, incertos ſæpe reliquit; tum quod, in recenſione ſpecierum, illum profecto minus peritum fuiſſe, et regulas Noſologiæ methodicæ optimas quaſque neglexiſſe, nobis videtur.

Synonyma veterum medicorum adhuc omiſi, non quod eorum ſcripta prorſus negligenda eſſe putaverim, ſed quod ego, neque ſatis certo, neque cum fructu, ſynonyma eorum indicare potuerim.

CLASSIS I. PYREXIÆ.

Poſt horrorem pulſus frequens, calor major, plures functiones læſæ, viribus præſertim artuum imminutis. *

SYNONYMA. Morbi febriles Auctorum.

ORDO I. FEBRES.

Prægreſſis languore, laſſitudine, et aliis debilitatis ſignis, pyrexia, ſine morbo locali primario.

Febres Auctorum, Sauv. cl. ii. Vog. cl. i. Sag. cl. xii. Morbi febriles critici Lin. cl. ii.

§ I. *Intermittentes.*

Febres, miaſmate paludum ortæ, paroxyſmis pluribus, apyrexia, ſaltem remiſſione evidente interpoſita, cum exacerbatione notabili, et plerumque cum horrore

* Quod hic, et pluribus quæ ſequuntur locis, nobis forſitan vitio verti poſſit, quodammodo hic obiter excuſare liceat. Ita, dici poteſt, pyrexias aliquando videri, quas nullus præceſſerat horror, et pyrexias in quibus neque pulſus frequentior, neque calor major, quam in ſanis eſſe ſolet; characterem ideo datum neque verum, neque ubique adhibendum. Iſtiuſmodi pyrexias, rariſſime licet, aliquando videri negare nolo; ſed, in characteribus claſſium, ad ſpecies dignoſcendas adhibendis, ut ſingulæ claſſis notæ in unaquaque ſpecie conſpiciantur, haud neceſſarium videtur, et ſufficit, ſi earum pleræque in ſpecie quavis adſint.

Character idoneus quiſque, plurium notarum ſive ſymptomatum concurſum notare debet, et male quidem cum veteribus Vogelius calorem auctum ſolum, et recentiores Sylvius et Cel. Boerhaavius pulſuum velocitatem ſolam, pro charactere pyrexiæ, ſive febris ut vocant, poſuerunt. Certe, qui dicunt febrem adeſſe, etſi pulſus nihilo naturali frequentior ſit, ex aliis quam velocitate pulſuum ſignis febrem adeſſe judicant; quod etiam plurium ſymptomatum notationem, in quovis charactere neceſſariam eſſe, oſtendit.

Porro, hic obiter obſervari velim, pulſuum velocitatem ſolam, pyrexiam vel febrem adeſſe nequaquam ſemper indicare; cum a cauſis externis plurimis pulſus fit naturali velocior, ſine morbo, ſine quavis functionum læſione. Hiſce de pyrexiæ charactere quæſtionibus, in charactere a nobis hic dato, quantum potuimus, proſpectum eſt. Sed, in aliis claſſium et ordinum characteribus adeo felicem eſſe vix licet; et in characteribus pleriſque, ſi ad ſpecies pleraſque character recte adhiberi poſſit, paucas exceptiones non moror. Utilem plerumque fuiſſe mihi ſufficit, ubique perfectum fore non ſpero.

TABULA SYNOPTICA CLASSIUM* ORDINUM ET GENERUM.

Adv. pag. 218.

CLASS. I.—PYREXIÆ.

ORDO I. *FEBRES.*

§. 1. *Intermittentes.*

1. Tertiana.
2. Quartana.
3. Quotidiana.

§. 2. *Continuae.*

4. Synocha.
5. Typhus.
6. Synochus.

ORDO II. *PHLEGMASIÆ.*

7. Phlogosis.
8. Ophthalmia.
9. Phrenitis.
10. Cynanche.
11. Pneumonia.
12. Carditis.
13. Peritonitis.
14. Gastritis.
15. Enteritis.
16. Hepatitis.
17. Splenitis.
18. Nephritis.
19. Cystitis.
20. Hysteritis.
21. Rheumatismus.
22. Odontalgia.
23. Podagra.
24. Arthropuosis.

ORD. III. *EXANTHEMATA.*

25. Variola.
26. Varicella.
27. Rubeola.
28. Scarlatina.
29. Pestis.
30. Erysipelas.
31. Miliaria.
32. Urticaria.
33. Pemphigus.
34. Aphtha.

ORD. IV. *HÆMORRHAGIÆ.*

35. Epistaxis.
36. Hæmoptysis.
37. Hæmorrhois.
38. Menorrhagia.

ORDO V. *PROFLUVIA.*

39. Catarrhus.
40. Dysenteria.

CLASS. II.—NEUROSES.

ORDO I. *COMATA.*

41. Apoplexia.
42. Paralysis.

ORD. II. *ADYNAMIÆ.*

43. Syncope.
44. Dyspepsia.
45. Hypochondriasis.
46. Chlorosis.

ORD. III. *SPASMI.*

47. Tetanus.
48. Trismus.
49. Convulsio.
50. Chorea.
51. Raphania.
52. Epilepsia.
53. Palpitatio.
54. Asthma.
55. Dyspnœa.
56. Pertussis.
57. Pyrosis.
58. Cholica.
59. Cholera.
60. Diarrhoea.
61. Diabetes.
62. Hysteria.
63. Hydrophobia.

ORD. IV. *VESANIÆ.*

64. Amentia,
65. Melancholia.
66. Mania.
67. Oneirodynia.

CLASS. III.—CACHEXIÆ.

ORDO I. *MARCORES.*

68. Tabes.
69. Atrophia.

ORD. II. *INTUMESCENTIÆ.*

§ 1. *Adiposæ.*

70. Polysarcia.

§. 2. *Flatuosæ.*

71. Pneumatosis.
72. Tympanites.
73. Physometra.

§. 3. *Aquosæ.*

74. Anasarca.
75. Hydrocephalus.
76. Hydrorachitis.
77. Hydrothorax.
78. Ascites.
79. Hydrometra.
80. Hydrocele.

§. 4. *Solidæ.*

81. Physconia.
82. Rachitis.

ORD. III. *IMPETIGINES.*

83. Scrophula.
84. Syphilis.
85. Scorbutus.
86. Elephantiasis.
87. Lepra.
88. Frambesia.
89. Trichoma.
90. Icterus.

CLASS. IV.—LOCALES.

ORDO I. *DYSÆSTHESIÆ.*

91. Caligo.
92. Amaurosis.
93. Dysopia.
94. Pseudoblepsis.
95. Dysecoea.
96. Paracusis.
97. Anosmia.
98. Agheustia.
99. Anæsthesia.

ORD. II. *DYSOREXIÆ.*

§. 1. *Appetitus Erronei.*

100. Bulimia.
101. Polydypsia.
102. Pica.
103. Satyriasis.
104. Nymphomania.
105. Nostalgia.

§. 2. *Appetitus deficientes.*

106. Anorexia.
107. Adipsia.
108. Anaphrodisia.

ORD. III. *DYSCINESIÆ.*

109. Aphonia.
110. Mutitas.
111. Paraphonia.
112. Psellismus.
113. Strabismus.
114. Dysphagia.
115. Contractura.

ORD. IV. *APOCENOSES.*

116. Profusio.
117. Ephidrosis.
118. Epiphora.
119. Ptyalismus.
120. Enuresis.
121. Gonorrhoea.

ORD. V. *EPISCHESES.*

122. Obstipatio.
123. Ischuria.
124. Dysuria.
125. Dyspermatismus.
126. Amenorrhoea.

ORD. VI. *TUMORES.*

127. Aneurisma.
128. Varix.
129. Ecchymoma.
130. Scirrhus.
131. Cancer.
132. Bubo.
133. Sarcoma.
134. Verruca.
135. Clavus.
136. Lupia.
137. Ganglion.
138. Hydatis.
139. Hydarthrus.
140. Exostosis.

ORD. VII. *ECTOPIÆ.*

141. Hernia.
142. Prolapsus.
143. Luxatio.

ORD. VIII. *DIALYSES.*

144. Vulnus.
145. Ulcus.
146. Herpes.
147. Tinea.
148. Psora.
149. Fractura.
150. Caries.

* CLASSIUM institutionem primo a Sauvagesio datam, Linnæus, Vogelius, et Sagarus, in omnibus fere, secuti sunt. Cum vero ex eorum classibus plures sint uti Vitiorum, Anhelationum, Dolorum, et Fluxuum, neque naturales, nec quovis modo idoneæ, ejusmodi institutionem sequi non potui. Aliam itaque simpliciorem, et in universum, ut mihi videtur, aptiorem, hic protuli. Hæc fortasse etiam minus absoluta videri possit, quod inter morbos totius systematis in primis tribus classibus recensitos, et illos partis singularis, sive LOCALES, in classe quarta collocatos, distinctio non ubique facilis erit. Hoc quidem, rarus licet, aliquando fieri posse concedimus. Sed nihil præstantius nobis nunc suppetit; et, ob rationes in Prolegomenis, pag. 208. allatas, de perfecta classium institutione non admodum soliciti sumus.

rore redeuntibus, conſtantes: Paroxyſmo quovis die unico tantum.*

Intermittentes Auctorum. Sauv. cl. ii. ord. 3. Linn. cl. ii. ord. 2. Vog. cl. i. ord. 1. Sag. cl. xii. ord. 3.
Remittentes Auct. S. cl. ii. o. 2. Sag. cl. xii. o. 2. †
Exacerbantes Lin. cl. ii. ord. 3.
Continuæ Vog. cl. i. ord. 2. ‡
Continuæ periodicæ Sennert. de febr. lib. ii. cap. 13.
Continuæ remittentes, Boerh. Aph. 727.
Compoſitæ ex acuta periodo, Junk. tab. 82.
Continuæ remittentes, proportionatæ, Torti. Therap. Spec. lib. v. cap. 1.
Continentes Mortoni, Excer. ii.

TERTIANA. (1)
Paroxyſmi ſimiles intervallo quadraginta octo circiter horarum: Acceſſionibus meridianis.

Tertiana Auctorum, Sauv. g. 88. Lin. 16. Vog. 2. Sag. p. 704. Hoffm. tom. ii. p. 11. Stahl. de tertiana febris genium univerſum manifeſtante, Halæ 1706. Ejuſd. Caſual. magn. caſ. 21. Caſual. min. caſ. 96. Cleghorn's diſeaſes of Minorca, cap. 3. Senac, de recond. febr. natura. Edinb. Med. Eſſ. vol. iv, art. 24.

Tertiana eſt vel

1. *Interpoſita apyrexia,* quæ variat

A. Paroxyſmi duratione.

a. Tertiana

* Qui perpenderit quæ de febribus Remittentibus, quæ videntur continuæ, a Continuis, ſtrictius dictis diſtinguendis, mox dicenda ſunt, facile videbit quamobrem, tum intermittentium tum continuarum characterem antea datum, hic mutare neceſſarium habui.

† Febrium Remittentium, quaſi a febribus Intermittentibus exquiſitis prorſus differentium, ordinem ſeparatum inſtituerunt Noſologi Sauvageſius, Linnæus, et Sagarus; minus recte tamen, ſi mihi judicare fas ſit. Remittentes enim, quæ dicuntur, ex eodem principio, miaſmate nempe paludum, ac Intermittentes, oriuntur; iiſdem in locis, et eodem anni tempore, utraque ſimul epidemice graſſatur; utraque iiſdem prorſus remediis ſanatur; et ſæpiſſime in eodem homine idem, qui videtur, morbus, nunc intermittentis nunc remittentis typum exhibet. Morbi idcirco, cauſis, ſanatione, et typo ſimillimi, nec ad ordinem, nec ad ſectionem diverſam diſtrahendi, erant.

‡ Magis inconſulto adhuc Vogelius Remittentes omnes cum Continuis ſociavit. Continuæ, quas vocamus, omnes quidem remiſſiones et exacerbationes oſtendunt; ſed a Remittentibus ad Intermittentes merito referendis, plurimum aliis multis differunt, ut mox dicetur.

TERTIANA. (1)

a. Tertiana paroxyſmis haud ultra horas duodecim extenſis.

T. legitima, S. ſp. 1. Sennert. de febr. lib. ii. c. 18. Hoffm. tom. ii. p. 12.

T. vera, Clegh. Min. p. 140.

b. T. paroxyſmis ultra horas duodecim extenſis.

T. notha ſive ſpuria, S. ſp. 2. Sennert. de febr. lib. ii. c. 18. Clegh. Min. p. 140. Hoffm. tom. ii. p. 12.

B. Paroxyſmorum recurſu.

a. Tertiana quotidie revertens, paroxyſmis inæqualibus, alternis ſimilibus.

T. duplex, S. ſp. 13. Sennert. de febr. lib. ii. c. 21. Vog. gen. 12. Clegh. Min. p. 141.

Duplicana, Linn. 18.

b. Tertiana alternis diebus revertens, paroxyſmis eodem die binis.

T. duplicata, S. ſp. 14. Jones, de febr. interm. p. ii. cap. 6. River. Cent. iv. obſ. 16.

c. Tertiana quotidie revertens, paroxyſmis altero die binis, altero unico tantum.

T. triplex, S. ſ. 15. Clegh. Min. p. 142. Semitertiana Hoffm. ii. p. 40.

Semitertiana primi ordinis Galeni. Spig. de ſemitertiana, lib. ii. cap. 4.

d. Tertiana quotidie revertens, interpoſita remiſſione inter diem imparem et parem magis, inter parem et imparem minus, notabili.

Hemitritæus, Celſi lib. iii. cap. 3.

Semitertiana, Clegh. Minorc. p. 143. *

Semitertiana ſecundi ordinis, Galeni, Spig. l. ii. c. 5.

Amphimerina hemitritæus, S. ſp. 8.

Amphimerina pſeudo hemitritæus, S. ſp. 9. *

C. Symptomatibus.

a. Tertiana affectibus ſoporoſis ſtipata.

T. carotica, S. ſp. 10. Werlhof. de febribus, et auctores ab eo allegati, p. 6.

T. hemi-

* Fortaſſis hemitritæa quævis ad remittentes relegari poſſit; et, licet affines ſeparare nolui, limites non ſatis certe ponendos eſſe fateor.

TERTIANA. (1)

T. hemiplegica, S. ſp. 20. Werlhof. ibid.
Quotidiana ſoporoſa, S. ſp. 8. Car. Piſ. obſ. 175,176.
Febris caput impetens, Sydenh. Ep. ad R. Brady.

b. Tertiana ſpaſmis et motibus convulſivis ſtipata.

T. aſthmatica, S. ſp. 6. Bonet. Polyalth. vol. i. p. 250.
T. hyſterica, S. ſp. 8. Wedelii A. N. C. Dec. i. A. ii. obſ. 193.
Hyſteria febricoſa, S. gen. 135, ſp. 8. A. N. C. Dec. i. A. ii. obſ. 193.
T. epileptica, S. ſp. 16. Calderæ Trib. med. p. 225. Lautter. Hiſtor. med. bienn. cap. ii, caſ. 2.
Quotid. epileptica, S. ſp. 3. Edinb. Eſſays, vol. v, part ii, art. 49.
Ecclampſia febricoſa, S. gen. 133, ſp. 17.
Epilepſia febricoſa, S. gen. 134, ſp. 9.
Tertiana tetanodes Medici Beobacht. i. band. p. 24.
Tetanus febricoſus, S. gen. 122, ſp. 10. Stork, Ann. Med. ii, p. 163.

c. Tertiana efflorefcentia cutis ſtipata.

Tertiana petechialis, S. ſp. 3. M. Donati, lib. iii, cap. 14. Lautter. Hiſt. med. cap. ii, caſ. 10.
Tertiana ſcorbutica, Wedel. A.N.C. dec. i, an. ii, obſ. 193.
Tertiana urticata, S. ſp. 22. Planchon. Journ. de med. 1765. Clegh. Minorc. p. 157.
Tertiana miliaris, S. ſp. 21. Walthieri de med. German. apud Roncalli Europ. med. p. 151.

d. Tertiana phlegmaſia ſtipata.

Tertiana pleuritica, S. ſp. 4. Valeſii in epid. lib. i, ſect. 3. Lautt. hiſt. med. cap. ii, caſ. 5, 9.
Pleuritis periodica, S. gen. 103, ſp. 14.
Tertiana arthritica, S. ſp. 5. Morton. exerc. i, cap. ix, hiſt. 22. Lautt. loc. cit. caſ. 19.

D. Aliis morbis complicata.

Tertiana ſcorbutica, S. ſp. 9. Etmuller, prax. lib. i, ſect. xvi, cap. 2. Timæi lib. viii, caſ. 15.
Tertiana ſyphilitica, S. ſp. 17. Deidier de morb. vener. ſect. iv.
Tertiana verminoſa, S. ſp. 18. Stiſſer. in act. Helmſtad. Lancis de noxis palud. lib. ii, cap. 5 et 6. Illuſt. Pringle Diſeaſes of the army, p. 98. Ramazzini

TERTIANA. (1)

mazzini Conſt. epidem. rural. ann. 1690, ſect. xi. Van den Boſch. Conſt. epidem. verminoſ. ann. 1760, &c.

E. Ratione principii. *

Tertiana accidentalis, S. ſp. 12. Sydenham, cap. 5.
Tertiana a ſcabie, S. ſp. 11. Juncker, tab. 80. Hoffm. ii. p. 12.

2. *Interpoſita remiſſione tantum.* †

Tritæophya, S. gen. 85. Sag. p. 695.
Tritæus, Linn. 21.
Hemitritæa, Linn. 23.
Tertianæ remittentes et continuæ Auctorum.
Tertianæ ſubintrantes, proportionatæ, ſubcontinuæ, Torti Therap. ſpecial. lib. iii, cap. 1.
Tertiana ſubcontinua, S. ſp. 19.
Quotidiana deceptiva, S. ſp. 2.
Amphimerina ſemiquintana, S. ſp. 24.
Tritæophya deceptiva, S. ſp. 10.

Ex tertianis comitatis Torti loc. cit. præcipuæ ſunt :

i. Tertiana cholerica ſive dyſenterica, Tort. ibid. Lautter, Hiſt. med. caſ. 6, 16, 17, 20. Morton, app. ad exerc. ii.
ii. Tertiana ſubcruenta ſive atrabilaris Tort. ibid. Hæc a Cleghornio nunquam viſa eſt.
iii. Tertiana cardiaca Tort. ibid. Lautter, Hiſt. med. caſ. 15, 18, 23.
Amphimerina cardiaca, S. ſp. 5. ‡

Tritæophya

* Nullum quidem febrium intermittentium principium ſufficiens præter miaſma paludum agnoſcimus; ſed, cum miaſma hoc non ſemper validum ſit ad morbum arceſſendum, niſi aliæ poteſtates excitantes ſimul agere concurrant ; has poteſtates excitantes pro parte principii hic admittimus, licet neutiquam morbum excitaſſent, ſi miaſma paludum non antea applicatum fuiſſet.

† Tertianæ Remittentes variant adeo, tum typi tum ſymptomatum ratione, et formæ earum diverſæ adeo ſæpe in eodem homine inter ſe commutantur, ut in iis denominandis nihil fere quod perpetuum ſit efferri poſſit. Tertianas autem, quas comitatas dixit Torti, eas ſcilicet quæ ſymptomate quodam peculiari et gravi comitantur, recenſui; dein, ut cætera ad hanc rem pertinentia intelligantur, auctores plures qui de tertianis remittentibus optime ſcripſerunt, et exempla earum præcipua exhibuerunt, enumeravi.

‡ Amphimerinas inter et Tritæophyas, uti inter quotidianas et tertianas duplices, diſtinctio ſæpe difficilis. Sed quotidianas tertianis multo rariores, et œconomiam animalem in febres typi tertiani maxime proclivem eſſe norunt experti; hinc plures amphimerinas ad tertianas remittentes retuli. Judicent autem autoptæ.

TERTIANA. (1)

Tritæophya aſſodes, S. ſp. 6.
Febris continua aſſodes, Vog. 27.
iv. Tertiana diaphoretica, Tort. ibid.
Tritæophya typhodes, S. ſp. 4.
——— elodes, ſp. 5. †
Febris continua elodes, Vog. 21.
v. Tertiana ſyncopalis Tort. ibid. Lautter, c. 11, 12, 13, 15, 16.
Tritæophya ſyncopalis, S. ſp. 1.
Amphimerina ſyncopalis, ſp. 4.
——— humoroſa, ſp. 6.
Febris continua ſyncopalis, Vog. 29.
vi. Tertiana algida, Tort. ibid. Lautter, caſ. 13.
Amphimerina epiala, ſp. 3.
——— phricodes, ſp. 7.
Tritæophya leipyria, ſp. 9.
Tertiana leipyria, ſp. 23. Valcarenghi Med. ration. p. 18.
Febris continua epiala et leipyria, Vog. 19 et 24.
vii. Tertiana lethargica, Tort. ibid.
Tritæophya carotica, ſp. 7. Lautter, 1, 7, 14.
Tertiana apoplectica Morton. exerc. i, cap. ix, hiſt. 25.
——— ſoporoſa Werlhof. de febr. p. 6.
Febris epidemica Urbevetana Lanciſ. de noxis pal. effluv. lib. ii, cap. 3.

Tertianarum remittentium exempla præcipua, nobis nota, ſunt ſequentia:

Cauſos Hippocratis. De Morb. Vulg. lib. iii, § 3.
Tritæophya cauſus, ſp. 2.
Febris ardens, Boerhaavii, Aph. 738?
Remittens ardens ſive cauſis, Macbride, p. 360.
Tertiana pernicioſa, quæ ſimulata tertiani circuitus effigie lethalis, et mille accidentibus periculoſiſſimis implicata, exiſtit. Lud. Mercatus de febribus, lib. vi.
——— peſtilens, P. Sal. Diverſus de febri peſtilent, cap. x.
——— maligna peſtilens Riverii, lib. xvii, ſect. ii, c. 1. et ſect. iii, c. 3.

Morbus

† De typo febris ſudatoriæ Boyeri *Meth. a ſuivre dans les malad. epidem.* quam huc retulit Sauvageſius, ex ipſius Boyeri deſcriptione mihi non liquet, et ad typhum referri mallem.

TERTIANA. (1)

Morbus Hungaricus Lang. Lemb. lib. i, ep. 4. Sennert. de febr. lib. iv, cap. 14. Jordan. de peſtis phæn. cap. 19.
Languor Pannonicus Cober. obſ. caſtr. Hung. 1, obſ. 6, &c.
Amphimerina Hungarica, ſp. 10.
Vide poſtea, notas ad Typhum.
Hemitritæus peſtilens, Schenck obſ. lib. vi, ex Corn. Gemma.
Febres peſtilentes Ægyptiorum, Alpin. de med. Ægypt. lib. i, cap. 14.
Febris tertiana epidemia, Bertholin. Hiſt. anat. cent. ii, 56.
Febres epidemicæ Autumni ann. 1657 et 1658, Willis de febr. cap. 16.
Febris ſyneches epidemica ab ann. 1658 ad 1664, et poſtea ab ann. 1673 ad 1691. Morton. app. ad exerc. ii.
Febres autumnales incipientes, Sydenh. de morb. acut. ad ann. 1661—1664, et in epiſt. ad H. Paman ad 1678, et ſeq.
Affectus epidemicus Leidenſis, Fr. Sylvii prax. med. app. tract. x, et oratio de affectus epidem. cauſis.
Morbus epidemius Leidenſis 1669, Fanois, diſſ. apud Haller. diſp. tom. v.
Tertianæ pernicioſæ et peſtilentes et febres caſtrenſes epidemiæ Lanciſi de nox. palud. effluv.
Febres intermittentes anomalæ et mali moris, Hoffm. ii, p. 38.
Febris cholerica minus acuta, Hoffm. ii, p. 112.
Febris epidemica Leidenſ. ann. 1719. Koker apud Haller, diſp. tom. v.
Amphimerina paludoſa, S. ſp. 19.
Febris paludum, illuſtr. Pringle Diſeaſes of the army, edit. 4ta, 8vo, p. 179.
Bononienſis conſtitutio hiemalis 1729, Beccari in A. N. C. vol. iii, obſ. 48.
Amphimerina bilioſa, S. ſp. 22.
Remittens bilioſa, Macbride, p. 360.
Febris Caſtrenſis, illuſtr. Pringle loc. cit. p. 174.
Febris putrida epidemica, Huxham de aëre ad ann. 1729.
Febris bilioſa Lauſanenſis, cl. Tiſſot. de febr. bilioſ.
Tritæophya Wratiſlavienſis, ſp. 3. Hahn. epidemia verna Wratiſlav. in app. ad A. N. C. vol. x.
Tritæophya Americana, ſp. 12?

Febris

TERTIANA. (1)

Febris anomala Batav. Grainger de febr. anomala.
Morbus Naronianus, Pujati de morb. Naron.
Febris continua remittens, Hillary's dif. of Barbadoes, variis annis, Lond. med. obf. iv. 24, v 2.
Febris ann. 1772, et feq. ad urbem novam Avenionenfem, Soc. Royale de Medecine I. Hiftoire, p. 213.
Febris intermittens irregularis Tolofæ 1772, Soc. Royale i. mem. p. 14.
Febris intermittens et remittens a l'Ifle Jourdain, anno 1777, Soc. Royale ii, hift. p. 145.
Febris remittens Indiæ Orientalis, Lind. med. Edin. diff. inaug. 1768. Lond. med. obf. vol. iv, a. 12.
Febris critica et febr. biliofa æftatis, Rouppe de morb. navig.
Febris remittens regionum calidarum, cl. Lind. med. Haflar. Effay on the difeafes of hot climates.

Tertiana remittens fymptomatica eft:

Tritæophya lactea, fp. 8.
Febris lactea, Etmulleri Coll. confult. caf. 17.

QUARTANA. (2)

Paroxyfmi fimiles intervallo feptuaginta duarum circiter horarum: Acceffionibus pomeridianis.

Quartana Auctorum, Sauv. gen. 89. Lin. 17. Vog. 3. Sag. 711. Hoffm. ii, p. 23. Junck. tab. 81.

Eft vel,

1. *Interpofita apyrexia.* Variat

A. Typo.

a. Quartana paroxyfmis quarto quoque die fingulis; aliis diebus nullis.
Q. legitima, fp. 1. Sydenham de morb. acut. c. v.

b. Quartana paroxyfmis quarto quoque die binis; aliis diebus nullis.
Q. duplicata, fp. 4. Bonet.

c. Quartana paroxyfmis quarto quoque die tribus; intermediis diebus nullis.
Q. triplicata, fp. 16.

d. Quartana quæ ex quatuor diebus tertium tantum a febre

QUARTANA. (2)

a febre vacuum habet, paroxyſmis quarto quoque die ſimilibus.

Q. duplex, ſp. 3. Vog. 13.

e. Quartana quotidie accedens, paroxyſmis quarto quoque die ſimilibus.

Q. triplex, ſp. 5. Vog. 14. Barthol. H. anat. c. 1, 95.

B. Symptomatibus.

Q. cataleptica, ſp. 7. Bonet. Polyalth. vol. i, p. 805.
Q. comatoſa, ſp. 15. Werlhof. de febr. C. Piſonis obſerv. de morbis a colluvie ſeroſ. obſ. 166, 167, 168, 169, 171, 172, 173, 174.
Q. epileptica, ſp. 8. Scholzii Conſ. 379, 380.
Q. hyſterica, ſp. 10. Morton. pyret. exerc. i, c. ix, h. 10, 11.
Q. nephralgica, ſp. 9.
Q. metaſtatica, ſp. 17.
Q. amens, ſp. 12. Sydenham de morb. acut. c. v.
Q. ſplenetica, ſp. 2. Etmuller. Coll. conſult. c. 25.
Q. hepatica, Macb. p. 354.

C. Aliis morbis complicata.

Q. ſyphilitica, ſp. 6. Plateri obſ. l. iii, pag. 676. Edinb. Eſſays, art. xlvii, obſ. 8.
Q. arthritica, ſp. 11. Muſgr. de arthr. ſymptom. cap. ix, h. 4 et 5.
Arthritis febriſequa, ſp. 10.
Arthritis febricoſa, ſp. 10. Werlhof. de febr. Cockburn de morbis navigantium, obſ. 19.
Q. ſcorbutica, ſp. 14. Barthol. de med. Dan. diſſ. iv. Tim. l. viii, caſ. 18.

2. *Interpoſita remiſſione tantum.*

Tetartophya, S. gen. 85. Sag. 323. Lin. 22.
Quartana remittens Auctorum.

Varietates ſunt,

Tetartophya ſimplex, ſp. 1.*

Amphimerina

* Quartanam continuam morbum rariſſimum eſſe, teſtantur ſcriptores medici omnes; ſed illius exemplum ex Franc. Joelis operum tomo 3. citat. Sauv. In loco autem citato, nihil ad rem pertinens inveni; ſed tomi quinti p. 63, hæc verba proferuntur. Febris quartanæ " Species veteres duas conſtituunt. Quartanam Continuam, (quæ mihi ſeptuagenario nunquam viſa eſt, et ideo eam aut rariſſimam aut nullam eſſe judico) et Interpolatam, quæ frequentiſſima eſt. "

QUARTANA. (2)

Amphimerina ſemiquartana, ſp. 23.
Tetartophya ſemitertiana, ſp. 25.
——————— maligna, ſp. 6. Lautter. Hiſt. med. caſ. 21. M. Donat. lib. iii, cap. 14. et M. Gatenaria Horſt. lib. i, obſ. 15.
——————— carotica, ſp. 4. Werlhof. de febr. Bianchi Hiſt. hep. pars iii, conſt. ann. 1718, p. 751.
——————— ſplenalgica, ſp. 2. †
——————— hepatalgica, ſp. 3. Car. Piſ. in præfat. p. 33.
Amphimerina ſpaſmodica, ſp. 16.

Erraticæ. Ad Tertianam vel Quartanam Erraticas S. pertinere putamus ‡; et hic ideo earum varietates ſubjunximus.

Erratica quintana, ſp. 1. Tulp. lib. iii, 52. Foreſt. lib. iii, obſ. 43. ex quartana ill. Van Swieten, comm. p. 505.
——— ſeptana, ſp. 2. Boerh. apud ill. Van Swieten, ibid. M. Don. l. 3, 14.
Hebdomadaria Schenkii ex Gibalto.
Septimana, ill. Morgag. xlix, 36.
Erratica octana, ſp. 3. Etmuller, prax. lib. i, § xv, cap. 2. Cyrilli in Etmuller, p. 187, 188, 365. Valles Controv. l. v, c. 25. P. Sal. Div. in not. ad D. A. de Altomari, cap. xii. Zacut. Luſ. P. M. lib. iii, obſ. 34. Schultzius in E.N.C.D.I. ann. iv et v, ob. 70. Arnold. de febr. Stomach. epid. ſect. iv. apud Haller. diſſert. pract. vol. v. De Haen de diviſ. febr. div. iv, p. 9.
Hemicrania lunatica, ſp. 10.
Erratica nonana, ſp. 4. Zac. Luſ. ibid.
——— decimana, ſp. 5. Zac. Luſ. ibid.
Ephemera dichomene, ſp. 11. M. Don. lib. iii, 14. ex Gentili.
Erratica vaga, ſp. 6. River. cent. iii, obſerv. 32. Etmuller, lib. i, ſect. xv, cap. 2.

QUOTIDIANA.

† Huc febrem Fernelianam Raym. Fortis refert Sauv. et vult febrem ita a Forte dictam fuiſſe, quod ea mortuus ſit ipſe Fernelius: Sed quodammodo hic erraſſe Sauvageſius mihi videtur. Nam febres quaſdam Fernelianas vocat Fortis, tom. ii, cent. ii, obſ. 35 et 36, non quod e genere remittentium fuerint, ſed quod viſceris cujuſdam, hepatis præſertim, labe comitatæ ſint; et mortuus quidem eſt Fernelius ex inflammatione lienis. Sed quod hic morbus quartanæ typum unquam exhibuit, non dicitur a Plantio, qui in vita Fernelii, operibus ejus præfixa, de eo morbo narrat.

‡ Vide Senac. De recondita febrium natura, lib. i. cap. 1.

QUOTIDIANA. (3)
Paroxyſmi ſimiles intervallo viginti quatuor circiter horarum: Paroxyſmis matutinis.

Quotidiana Auctorum, S. gen. 87. Linn. 15. Vog. 1. Hoffm. 11, 33. Junck. tab. 79.

1. *Interpoſita apyrexia.* Variat

A. Solitaria.

a. Univerſalis: Quotidiana eadem hora matutina rediens.

Quotidiana ſimplex, ſp. 1.
Quotidiana legitima, Sennert. de febr. cap. 18.

b. Partialis.

Quotidiana partialis, ſp. 10. Cnoffel. E. N. C. D. I. a. iii, obſ. 205. Edinb. med. eſſ. vol. i, art. 31. vol. ii, art. 19.
Quotidiana cephalalgica, ſp. 6. Morton Pyret. exerc. i, hiſt. 27. Van Swieten in Boerh. p. 534. Soc. Royale, ii. mem. p. 38.
Cephalalgia intermittens, ſp. 7.
Cephalæa febricoſa, ſp. 4.
Quotidiana ophthalmica, Morton, ibid. hiſt. 17. Van Swieten, ibid.
Ophthalmia febricoſa, ſp. 23.

B. Comitata.

Q. iſchiadica, ſp. 5. Edinb. eſſ. vol. v, art. 49.
Iſchias intermittens, ſp. 1.
Q. nephralgica, ſp. 7. Morton, ibid. hiſt. 28.
Nephralgia febricoſa, ſp. 13.
Q. uretico-ſputatoria, B. Scharf. E. N. C. D. ii, a. ii, obſ. 104.
Q. epileptica, ſp. 4. Edinb. eſſ. loc. cit.
Hyſteralgia febricoſa, ſp. 9.

Verſpertinæ vel ſymptomaticæ videntur ſequentes:

Q. hyſterica, ſp. 3. catarrhalis, ſp. 9. ſtranguriosa, ſp. 11.

2. *Interpoſita remiſſione tantum.*

Amphimerina, S. gen. 84. Lin. 20. Sag. 321.
Quotidiana continua, Vog. 15.
Quotidianæ remittentes et continuæ Auctorum.

Amphimerina

QUOTIDIANA. (3)

Amphimerina latica, ſp. 1.
Febris continua lymphatica, Etmuller Coll. conf. caſ. 32. River. obſ. cent. i, ob. 57.
Amphimerina ſingultuoſa, ſp. 14.
Febris continua Lyngodes, Vog. 26.

Amphimerinæ S. cæteræ vel ad tertianas pertinere, quorſum plures ſupra retuli, vel ſymptomaticæ et veſpertinæ eſſe videntur. Hujuſmodi ſunt,

Amphimerina catarrhalis, ſp. 2. anginoſa, ſp. 12. tuſſiculoſa, ſp. 13. peripneumonica, ſp. 15. varioloſa, ſp. 20. miliaris, ſp. 11. arthritica, ſp. 21.
De Amphimerina mimoſa Bontii et Phrenitica ejuſdem, S. ſp. 17, 18, non liquet.

§ 2. *Continuæ.* *

Febres, ſine intermiſſione, nec miaſmate paludum ortæ, ſed cum remiſſionibus et exacerbationibus, parum licet notabilibus, perſtantes: Paroxyſmis quovis die binis. †

Continuæ,

* Quæ ſine exacerbatione partiali, et ſine acceſſu, non pluries quam ſemel vel bis in menſe revertens, ad uſque finem ægritudinis perſeverat, Febrem Continuam eſſe, dixit Sauvageſius; et hujuſmodi febres, cum ſcholis medicis pleriſque, Continentes vocat Linnæus. Hujuſmodi autem febrem in quadraginta annorum praxi ſatis frequenti, vix unquam certo vidi, et fere ſemper in febribus, maxime continuis, exacerbationes et remiſſiones, etiam quotidie, ſatis manifeſtas obſervavi. Mecum quidem ſentire videtur Vogelius, uti ex ejus continuarum charactere ſatis patebit; nec diſſentit expertiſſimus De Haen, uti videre eſt in libro ejus de diviſione febrium. Diviſ. iv. Schol. i.; et apprime ſententiam noſtram confirmat Brendelius, verbis ſequentibus: " Omnes namque febres noſtræ, acutæ, et inflammatoriæ, et " exanthematicæ, et malignæ, reliquæve hujus generis, ſunt continuæ remittentes, " et luculenta intenſionum remiſſionumque ſpatia integrant. " Brendel. Opuſcul. p. ii, diſſ. xi, ſect. 5.

Porro, etſi in febribus quibuſdam exacerbationes et remiſſiones parum notabiles, et perinde obſervatu difficiles ſint, eaſdem tamen revera fieri cenſeo; et ob hoc præſertim, quod in febribus quibuſcunque ex paroxyſmis pluribus manifeſto conſtantibus, paroxyſmus quiſque, inter nycthemeræ ſpatium, curſum ſuum, ex exacerbatione et remiſſione conſtantem, ſemper abſolvat, ita ut in his rebus œconomiam animalem circuitus diurni legi cuidam ſubjici videatur. Huic etiam in ſanitate parere ſolet, et huic in febribus hecticis quibuſque ad amuſſim ſubjicitur. Veriſimillimum itaque videtur, eundem circuitum, quem toties obſervavimus, in febribus quibuſcunque locum habere; nec febrem quamcunque continentem revera in rerum natura dari.

† Cum continuam quamque ex paroxyſmis repetitis conſiſtere ponimus, ſæpe ambiguam fieri poſſit, utrum febris data ex continuarum ſit, an ex remittentium ordine, et ut rite determinetur, tum intermittentium, ad quas omnes auctorum remittentes

Continuæ, Sauv. cl. ii. ord. i. Vog. cl. i. ord. ii. Sag. 666. Macb. p. 303. Boerh. 727.
Continentes, Lin. cl. ii. ord. i. Stahl. Caſ. mag. 35. Caſ. min. 87. Junck. 58. Sennert. de febr. lib. ii. cap. 2 et 10.

SYNOCHA. ‡ (4)

Calor plurimum auctus; pulſus frequens, validus, et durus; urina rubra; ſenſorii functiones parum turbatæ.

Synochus, S. gen. 80. Lin. 12. Junck. 58.
——— ſive febris acuta ſanguinea, Hoffm. ii, 105.
Synochus, Vog. 16.
Continua non putris, Boerh. 729.
Ephemera, S. gen. 79. Boerh. 728. Junck. 57.
Diaria, Lin. 11.
Febris inflammatoria Auctorum.

Varietates ſunt:

Synocha plethorica, ſp. 1. ſanguinea, Sennert. de febr. lib. ii. c. 11. Ephemera plethorica, ſp. 1. a frigore, ſp. 3. a calore, ſp. 4. Synochus pleuritica, ſp. 5. Febris pleuritica ann. 1765. Sydenh. ſect. v. cap. 1, 5. Synochus rheumatiſans, ſp. 7. Sydenh. ſect. v, c. 2. hiemalis, ſp. 8. Sydenh. in P.S. ad tractat. de hydrope.

Symptomaticæ

remittentes pertinere putamus, tum continuarum, definitionem aliam quam antea nunc dedi. In pleriſque caſibus, ut opinor, definitiones nunc datæ ſatis facile et certo adhiberi poſſint. Sed ſagacioribus quibuſvis examinandum relinquo, an vel definitiones noſtræ recte dentur, vel ſi quid rectius dari queat. Febrem quamque continuam ex paroxyſmis quovis die binis conſtare credimus; cum autem in quibuſdam, tum intermittentibus tum remittentibus, itidem paroxyſmi duplicati videantur, ex illa nota ſola febres continuæ dignoſci non poſſunt. Ex illa nota ſola quidem ut dignoſcantur nequaquam volui; nam in caſu quovis ambiguo, vel a principio, vel a typo, vel ortu ab intermittentibus, remittentem quamvis cognoſci poſſe puto. Videant porro in his rebus verſati, annon a principio, ſæpe manifeſto et maxime frequenti, contagione nimirum humana, febres continuæ ſæpe certe cognoſci poſſint.

‡ Febrium continuarum diviſio, a Galeni temporibus, in hunc uſque diem, eadem fere uſitata eſt, et vel ex putredinis gradu parum accurate definito, vel ex duratione morbi, deſumpta fuit; utraque tamen nota, poſterior præſertim, quæ præcipue uſi ſunt Noſologi Sauvageſius, Linnæus, et Sagarus, manifeſto inepta eſt. Vide Prolegomena, pag. 212 et 215. Aliam itaque diviſionem a differentia ſymptomatum, et a natura morborum, quantum de ea judicare liceat, deſumptam, inſtitui; ſecutus ſimul illam apud Britannos nunc maxime uſitatam diviſionem febrium continuarum in Inflammatorias et Nervoſas. Has autem appellationes, utpote quodammodo theoreticas, vitavi. Nomina quibus uſus ſum apud medicos dudum recepta ſunt; et ſi forſitan ſenſu vulgo recepto, in quo medici ipſi parum conſtantes fuerunt, iis non uſus ſum, parum curo, cum definitiones ſubjunctæ ab errore quovis præcavere poſſint.

SYNOCHA. (4)

Symptomaticæ ſunt :

Ephemera nauſeativa, ſp. 2. a phlogoſi, &c. ſp. 6. Synocha dolorum, ſp. 7. M. Tab. ord. i, gen. 1, ſp. 1. var. D. Ephemera lactea, ſp. 5. menſtrua, ſp. 8. Synocha catarrhalis, ſp. 5. M. Tab. ord. i, gen. 1, ſp. i, var. E. ſcorbutica, ſp. 6. Synochus ſcorbutica, ſp. 13. Synocha cephalalgica, ſp. 8. M. Tab. ord. i, gen. 1, ſp. 2. var. A.

TYPHUS. (5)

Morbus contagioſus ; calor parum auctus ; pulſus parvus, debilis, plerumque frequens ; urina parum mutata ; ſenſorii functiones plurimum turbatæ ; vires multum imminutæ.

Typhus, Sauv. gen. 82. Sag. 677.

Species ſunt,

A. Typhus *(petechialis)* plerumque cum petechiis.

Variat gradu : ||

a. Typhus mitior.

Febris maligna hectica ſive lues νευρωδης convulſiva, Willis de morb. convulſiv. cap. 8. §

—— peſtilens Fracaſtor. de morb. contag. lib. ii, cap. 4.

—— peſtilens ſine charactere veneni Foreſt. lib. vi, obſ. 26.

—— hectica peſtilens Foreſt. lib. vi, obſ. 32.

Febris

|| Morbos gradu ſolum differentes nominibus diverſis inſignire nequaquam convenit ; cum autem nuperis temporibus apud medicos uſitatum ſit, febrem quandam, quaſi ab aliis quibuſvis differentem, nomine Febris Nervoſæ appellare ; huic opinioni quodammodo morem gerens, ſub titulo Typhi mitioris, variorum auctorum febres ad recentiorum nervoſas aliquomodo referendas recenſui. In hac re autem, cum limites neutiquam accurate ponendi ſunt, me accuratum fuiſſe non dixerim.

Minus adhuc placuit, ad mentem vel veterum vel recentiorum inter febrium genera aliquod ſub nomine Febris Putridæ recenſere. In omni Typho humorum in putredinem proclivitatem adeſſe puto ; ſed vario tantum gradu adeſt, ita ut major minorve putredo ſpeciem variare, nequaquam mutare, poteſt. Sufficiat ſub titulo Typhi Gravioris eas, quæ præſertim putridæ adpellatæ ſunt, febres indigitaſſe, uti ex appoſitis variorum auctorum appellationibus ſatis patebit.

§ Hoc eſt exemplum, ni fallor, primum appellationis Νευρωδης, vel nervoſæ, febribus quibuſvis datæ ; quam protinus Angli, non tamen niſi nuper admodum aliarum regionum medici, uſurpati ſunt.

TYPHUS. (5)

Febris nova anni 1685. Sydenham Sched. monitor.
—— putrida nervoſa Wintringh. Comm. Noſolog. ad annos 1720, 1721.
—— lenta nervoſa. Huxham on fevers, chap. 8. Edinb. med. eſſ. ii, 18. iv, 23. v, 48. Macb. p. 304. Soc. Royale i. mem. p. 23.
—— contagioſa. Lind on fevers and infection paſſim.
Typhus nervoſus, ſp. 2.
—— comatoſus, ſp. 3.
Tritæophya typhodes Mangeti, ſp. 11. Raym. Fort. de febribus, p. 24. M. 304.

b. Typhus gravior.

Febris peſtilens, P. Sal. Diverſ. de febre peſtilenti.
—— peſtilens Ægyptiorum Alpin. de med. Ægypt. lib. i, cap. 14.
Typhus Ægyptiacus, ſp. 6.
Cephalitis epidemica, anno 1510, ſp. 6.
Febris peſtilens maligna Sennert. de febribus, l. iv, cap. 10.
—— maligna peſtilens River. lib. xvii, ſ. iii, c. 1.
—— peſtilens maligna, anno 1643. Willis, de febribus, cap. 14.
—— Senegallenſis, Lond. med. obſ. ii, 21.
Typhus carcerum, ſp. 1.
Febris nautica peſtilentialis Huxham de aëre ad annum 1740.
Miliaris nautica, ſp. g.
Febris putrida contagioſa in carceribus genita, Huxham de aëre ad annum 1742.
Miliaris purpurata, ſp. h.
Febris carcerum et noſocomiorum. Ill. Pringle, Diſeaſes of the army, p. 294. Ill. Van Swieten, Maladies des armées, p. 136. Soc. Royale ii. mem. p. 53. Ibid. iii. mem. p. 45 & 55.
Typhus caſtrenſis, ſp. 5.
Febris caſtrenſis, quam vulgo cephalalgiam epidemicam vocant Henr. Maii et A. Ph. Koph. Diſ. apud Hallerum, tom. v.
—— Hungarica ſive caſtrenſis Juncker. 74. et plurium Auctorum. †

Febris

† Morbum ſive febrem Hungaricam ad tertianas remittentes, cum Sauvageſio et ill. Pringle, ſupra retuli; nec dubium eſt quin morbus Hungaricus dictus ſæpius

TYPHUS. (5)

Febris castrensis Gallorum in Bohemia, anno 1742. Scrinci diss. apud Haller. tom. v.
—— petechialis, Sennert. lib. iv, c. 13. River. prax. lib. xvii, sect. iii, c. 1. Hoffm. ii, p. 84. Juncker. 73. Huxham on fevers, ch. 8. Ludwig. Inst. med. clin. no. 146. Schreiber von erkentniss, und cur der Krankheiten, p. 126. Monro, Diseases of military hospitals, p. 1.
—— catarrhalis maligna petechizans, Juncker. 72. Hoffm. ii, 75. Eller de cogn. et cur. morb. s. vi.
—— putrida, Macb. p. 305.
—— catarrhalis putrida 1768. De Martens obs. cap. 1.
—— putrida biliosa 1769. De Martens, cap. 2.
—— putrida nervosa 1770. De Martens, cap. 3.

Exempla febrium petechialium sunt sequentia:

Febris quæ lenticulas, puncticula, aut peticulas vocant, Fracastorius de morb. contag. lib. ii, c. 6.
—— peticularis Tridenti, anno 1591. Roboretus, de febr. peticul.
—— petechialis epidemica Coloniæ, anno 1672. Donckers, Idea febris petechialis.
—— petechialis epidemica. Posonii 1683, C. F. Lœu in Append. ad A. N. C. vol. ii.
—— petechialis epidemica Mutinæ, 1692. Ramazzini. Const. Mutinensis, oper. p. 187.
—— maligna petechizans, anno 1698. Hoffm. ii, p. 89.
—— petechialis Wratislaviæ, anno 1699. Helwich, Ephem. Germ. diss. iii, a. 7 et 8, obs. 132, p. 616.
—— epidemia Lipsiæ 1718. M. Adolph. A.N.C. iii, obs. 131, p. 296.
—— endemica et epidemica Corcagiensis, an. 1708, 1718, et seq. Rogers, Essay on epidemic diseases.
—— continua epidemica Corcagiensis, anno 1719, et seq. M. O'Connel Observ. de morbis.
—— petechialis epidemica, Cremonæ 1734. Valcharenghi Med. ration. sect. iii.
—— petechizans Petropoli 1735, Weitbrecht. diss. apud Haller. tom. v.

 Febris

pius sub forma remittentis apparuerit; sed simul constat febrem in castris Hungaricis primo ortam, et per milites inde redeuntes per totam fere Germaniam dispersam, ex genere continuarum fuisse (Vide Ruland. de morbo Hungarico, c. viii. quæst. 39), et plerumque eandem esse quam nunc in Nosocomiis quibusvis sæpe exorientem bene novimus. Ad hunc locum igitur etiam apponendam esse putavi.

TYPHUS. (5)

Febris petechialis, annis 1740, 1741, in Hassia, Ritter, A.N.C. vol. vii, obs. 4.
—— petechialis epidemica Vigorniæ et aliis Angliæ locis. Wall's works, p. 337.
—— maligna petechialis Rintelli 1741. Furstenau. A.N.C. vol. vii, obs. 5.
—— petechialis epidemica Silesiæ 1741 et seq. Brandhorst. diss. apud Haller. tom. v.
—— petechialis epidemica Viennæ 1757. Hasenohrl. hist. med. cap. 2.
—— petechialis epidemica Lipsiæ 1757. Ludwig. Adversar. tom. i, pars 1.
—— petechialis epidemica variis Germaniæ locis ab anno 1755 ad 1761. Strack de morbo cum petechiis.
—— epidemica maligna a Coutances 1772 et 1773. Soc. Royale i. mem. p. 23.
—— petechialis nervosa a Dijon 1760 et 1761. Mem. par Maret. 1775.

B. Typhus (*icterodes*) cum flavedine cutis.

Typhus icterodes, sp. 7.
Febris flava Indiæ Occidentalis, Warren. Malignant fever of Barbadoes, Hillary's Diseases of Barbadoes. Linning on the yellow fever of South Carolina. Edinb. phys. litter. essays, vol. ii. Mackittrick de febre flava Indiæ Occidentalis, Edinb. 1766.

Typhi etiam species esse videtur,

Ephemera sudatoria, sp. 7.
———— Britannica, Caius de ephem. Brit.
Sudor Anglicus, Sennert. lib. iv, cap. 15.
Hydronosus, Forest. lib. vi, obs. 8.

An eodem pertinet: Miliaris sudatoria, sp. e?
Febris sudatoria, Le Suette Gallorum, Meyserey Meth. aisé, &c. Ejusd. Maladies des Armées 250. Boyer Methode à suivre dans les maladies epidemiques. Tessier, Soc. Royale ii. mem. p. 46.
De typho hysterico verminoso, sp. 4. exhaustorum, sp. 8. a manipuera, sp. 9. nobis non liquet.

SYNOCHUS.† (6)

Morbus contagiofus. Febris ex fynocha et typho compofita, initio fynocha, progreffu et verfus finem typhus.

Synochus, S. gen. 81. Lin. 13. Lenta, Lin. 14. Phrenitis, Vog. 18. Febris continua putrida, Boerh. 730.

Varietates ex Sauvagefio funt:

Synochus fanguinea, fp. 1. Febris depuratoria, anno 1661 ad 1664. Sydenh. de morb. acut. Synochus fudatoria, fp. 2. Febris continua epidemica, anno 1665 ad 1667. Sydenh. ibid. Synochus foporofa, fp. 12. Febris continua epidemica, anno 1673. Sydenh. ibid. Febris continua putrida annorum variorum. Wintringham Com. Nofolog. Synochus ardens, fp. 6. miliaris, fp. 14. Synocha miliaris, fp. 6.

De fynocho variolode, fp. 3. et fynocha dyfenterioide, fp. 4. nobis non fatis liquet; et minus adhuc de Synocho anniverfaria, fp. 9. fpermatica, fp. 10. tarantata, fp. 11. Complicata eft Synochus fcorbutica, fp. 13. et fymptomatica eft Synochus a fcabie, fp. 15.

HECTICA.

Febris quotidie revertens; acceffionibus meridianis et vefpertinis; remiffione, rarius apyrexia, matutina; plerumque fudoribus nocturnis, et urina fedimentum furfuraceo-lateritium deponente. ‡

Hectica, S. gen. 83. Linn. 24. Vog. 80. Sag. 684. Med. tranf. ii, 1.

Ex Sauvagefio fpecies funt:

Hectica chlorotica, fp. 3. fyphilitica, fp. 4. fcrophulofa,

† Cum plures febres nec inflammatoriæ nec nervofæ ex omni parte fint, neque idcirco vel ad Synocham vel ad Typhum facile referendæ; genus Synochi, cujus typus hifce regionibus frequens confpicitur, hic inferui. Inter Typhum tamen et Synochum limites accuratos ponere non poffum; et an revera pro diverfis generibus habenda, vel pofitis diverfis, utri eorum Synonyma auctorum referenda funt, dubito. Quæ vero hic fubjunguntur, a Sauvagefio fpecies dictæ, ad Synochum fatis recte, ut mihi videtur, referri poffunt.

‡ Cum febrium in numerum, hecticam receperint Nofologi omnes, eam etiam cum charactere hic apponendam duxi. Ejufmodi autem febrem, cum nunquam nifi fymptomaticam obfervaverim, in numerum idiopathicarum, quas folas enumerare licet, admittere nolui. In plerifque exemplis, hecticam revera fymptomaticam effe, ex Sauvagefii fpeciebus, quas vocat, hic recenfitis, fatis manifeftum fiet. Vide ipfius Sauvagefii Scholium, tom. i. pag. 319.

SYNOCHUS. (6)

phulofa, fp. 5. a calculis, fp. 6. hydropum, fp. 7. verminofa, fp. 9. cachectarum, fp. 10. fluxuum, fp. 11. infantilis, fp. 1. Charactere caret, et nobis vel rachitica, vel fcrophulofa, vel verminofa videtur. Vefpertina, fp. 2. vix pro morbo haberi poteft.

De hectica lymphatica, Baglivi, fp. 12. et hectica nervea, cl. Lorry, fp. 13. nobis non liquet.

ORDO II. PHLEGMASIÆ.

Febris fynocha; phlogofis; vel dolor topicus, fimul læfa partis internæ functione; fanguis miffus, et jam concretus, fuperficiem coriaceam albam oftendens.

Phlegmafiæ membranofæ et parenchymatofæ, S. cl. iii. ord. i. ii. Sag. 605. *
Morbi febriles phlogiftici, Linn. cl. iii.
Febres continuæ compofitæ inflammatoriæ, Vog.
Morbi acuti febriles, Boerh. 770.
Febres inflammatoriæ, Hoffm. ii. 105. Junck. 61.

PHLOGOSIS. † (7)

Pyrexia, partis externæ rubor, calor, et tenfio dolens.

Species funt,

1. Phlogofis (*phlegmone*) rubore vivido; tumore circumfcripto, in faftigium plerumque elevato, fæpe in apoftema abeunte; dolore fæpe pulfatili.

Phlegmone

* Hæc phlegmafiarum in membranofas et parenchymatofas divifio prorfus inepta eft; primo enim, quod de ftatu partium internarum ftatuit, de quo in Nofologia ftatuere non licet; dein, quod partes membranofæ et parenchymatofæ non fatis certo diftinguuntur; et hinc Metritis, quam inter membranofas recenfet Sauvagefius, a Linnæo et Sagaro inter parenchymatofas collocatur; denique. quod phlegmafiæ quædam, ut hepatitis, vel membranofæ vel parenchymatofæ effe poffunt.
Nec magis idonea eft ordinis phlegmafiarum mufculofarum apud Linnæum et Sagarum inftitutio, in qua neuter quidem fatis accuratus eft. Male enim phlegmone a Linnæo mufculofa dicitur, nec bene Cynanche plerumque membranofa, rarius mufculofa, a Sagaro ad mufculofas in univerfum refertur.

† Pro nomine generis cujus fpecies eft Erythema, minus recte in priore editione ufurpatum fuit phlegmone. Novum nomen neceffarium nobis videbatur, et nihil aptius quam Phlogofis fuppetebat.

PHLOGOSIS. (7).

Phlegmone Auctorum, Sauvag. gen. 15. Lin. 39. Vog. 351. Sag. 299. Macb. 418.
Inflammatio, Lin. 231. Boerh. 370. Junck. 20.

Variat,

a. Forma.

Furunculus, S. gen. 18. Vog. 352. Sag. 23. Macb. p. 222. Terminthus. Vog. 381. Papula, Lin. 275. S. p. 6. Varus, Vog. 436. Lin. 269. S. p. 7. Bacchia, Lin. 270. Gutta rosea, Sauv. gen. 4. Gutta rosacea, Vog. 437.

b. Sede. ‖

Hordeolum, S. gen. 27. Lin. 276. Vog. 434. Otalgia, S. gen. 197. Lin. 44. Vog. 148. Dolor otalgicus, Hoffm. ii, 336. Parulis, Vog. 362. Mastodynia, S. gen. 210. Vog. 153. Paronychia, S. gen. 21. Lin. 258. Vog. 345. Arthrocace, S. gen. 78. Lin. 256. Pædarthrocace, Vog. 419. Spina ventosa, Boerh. 526. Phimosis, S. gen. 22. Lin. 297. Vog. 348. Paraphimosis, Vog. 349. Proctitis, Lin. 30. Proctalgia, S. gen. 214. Clunesia, Vog. 167.

2. Phlogosis (*erythema*) colore rubicundo, pressione evanescente; ambitu inæquali, serpente; tumore vix evidente, in cuticulæ squamulas, in phlyctænas vel vesiculas abeunte; dolore urente.

Erythema, S. gen. 11. Sag. 16. Erysipelas Auctorum, V. 343. Macb. 421. Hieropyr, V. 344.

Variat,

a. Vehementia.

Anthrax, S. gen. 19. Lin. 272. Vog. 353. Sag. 24. Carbo et carbunculus Auctorum, Macb. p. 423. Erythema gangrænosum, S. sp. 7.

b. Causa remota.

Erythema a frigore. Erythema pernio, S. sp. 4. Pernio, Lin. 259. Vog. 35c. Erythema ambustio, sp. 2. Erysipelas ambustio, sp. 4. Combustura, Lin, 245. Combustio, Boerh. 476. Encausis, Vog. 347. Erythema ab acri alieno applicato,

‖ An sequentes pro totidem speciebus recenseri possint, judicent peritiores.

PHLOGOSIS. (7)

plicato, Eryſipelas Chinenſe, ſp. 7. Erythema ab acri inquilino, Erythema intertrigo, ſp. 5. Intertrigo, Lin. 247. Vog. 502. Erythema a compreſſione, Erythema paratrima, ſp. 6. Erythema a punctura, ſp. 9. Eryſipelas a veſpis, ſp. 19. Pſydracia a veſpis, ſp. 2.

c. Complicata.

Erythema cum phlegmone, Eryſipelas phlegmonodes Auctorum. Erythema cum œdemate, Eryſipelas ſymptomaticum, ſp. 6.

Phlogoſis ſequelæ ſunt,

1. Apostema. Poſt phlogoſin, remittentibus dolore et pulſatione, tumor albeſcens, mollis, fluctuans, pruriens.

Apoſtema, S. gen. 39. Sag. 55. Abſceſſus, Lin. 132. Vog. 354. Boerh. 387, 402. Macb. p. 414. Puſtula, Lin. 274.

2. Gangræna. Poſt phlogoſin, pars livens, mollis, parum ſenſibilis, ſæpe cum veſiculis ichoroſis.

Gangræna, S. gen. 314. Lin. 233. Vog. 327. Sag. 203. Boerh. 338, 419. Macb. p. 415.

3. Sphacelus. Poſt gangrænam pars nigricans, flaccida, facile lacerabilis, ſine ſenſu vel calore, et cum fœtore carnis putridæ; vitio celeriter ſerpente.

Sphacelus, Lin. 234. Vog. 328. Boerh. 419, 457.

OPHTHALMIA. (8)

Rubor et dolor oculi; lucis intolerantia; plerumque cum lachrymatione.

Ophthalmia, S. gen. 196. Lin. 43. Vog. 341. Sag. 231. Junck. 24. Macb. p. 423.
Chemoſis, Vog. 46.
Ophthalmites, Vog. 47.
Inflammatio oculorum, Hoffm. ii, 165.

Species et varietates ſunt,

¶ 1. *Idiopathicæ.*

1. Ophthalmia (*membranarum*) in tunica adnata, et ei ſubjacentibus membranis, ſive tunicis oculi.

Variat

OPHTHALMIA. (8)

Variat

a. Gradu phlogosis externæ.

Ophthalmia taraxis, sp. 1. humida, sp. 8. chemosis, sp. 12. erysipelatosa, sp. 7. pustulosa, sp. 6. phlyctænodes, sp. 21.

b. Affectis tunicis internis.

Ophthalmia choroideæ, sp. 13. tenebricosa, sp. 10.

2. Ophthalmia (*tarsi*) cum tumore, erosione, et exudatione glutinosa tarsi palpebrarum.

Ophthalmia trachoma, sp. 4. et sicca, sp. 5.

¶ 2. *Symptomaticæ*.

a. A morbo ipsius oculi.

Ophthalmia angularis, sp. 14. tuberculosa, sp. 3. trichiasis, sp. 2. cancrosa, sp. 15. a synechia, sp. 16. a lagophthalmo, sp. 17. ab elcomate, sp. 18. ab ungue, sp. 19. a corneæ fistula, sp. 20. uveæ, sp. 22.

b. A morbis aliarum partium vel totius corporis.

Ophthalmia metastatica, sp. 24. scrophulosa, sp. 9. syphilitica, sp. 11. febricosa, sp. 23.

PHRENITIS. (9)

Pyrexia vehemens; dolor capitis; rubor faciei et oculorum; lucis et soni intolerantia; pervigilium; delirium ferox vel typhomania.

Phrenitis, S. gen. 101. Lin. 25. Sag. 301. Boerh. 771. Hoffm. ii, 131. Junck. 63. Macbr. p. 432. Phrenismus, Vog. 45. Cephalitis, S. gen. 109. Sag. 310.* Sphacelismus, L. 32. Siriasis, Vog. 34.

Phrenitidis idiopathicæ speciem unicam hic ponere licet, et cujus synonyma sequentia esse putamus:

Phrenitis vera, sp. 1. Boerh. 771. P. idiopathica, Junck.

* Cum symptomata nulla dentur quæ semper phlegmasiam cerebri a phlegmasia membranarum ejus, sive meningum, certo distinguere possint; neque sectiones cadaverum distinctiones a Sauvagesio, Linnæo, et Sagaro, adhibitas confirment, Cephalitidem, Sauv. gen. 109. Sag. gen. 310. et Sphacelismum. Lin. 32 pro generibus a Phrenitide diversis admittere nolui, et ea hic ideo, uti synonyma, sub titulo Phrenitidis, posui.

Recte monet Vogelius signa phrenitidis, vel ut vocat phrenismi, hoc est, inflammationis cerebri aut membranarum ejus, admodum ambigua esse.

PHRENITIS. (9)

Junck. 63. Cephalalgia inflammatoria, ſp. 9. Cephalitis ſpontanea, ſp. 3. ſiriaſis, ſp. 4. Littriana, ſp. 5. Siriaſis, Vog. 34.

Phrenitides ſymptomaticæ ſunt,

Phrenitis ſynochi pleuriticæ, ſp. 2. ſynochi ſanguineæ, ſp. 4. calentura, ſp. 11. Indica, ſp. 12. Cephalitis Ægyptiaca, ſp. 1. epidemica, ann. 1510. ſp. 6. verminoſa, ſp. 7. cerebelli, ſp. 8. Phrenitis miliaris, ſp. 3. varioloſa, ſp. 5. morbilloſa, ſp. 6. a plica, ſp. 8. aphrodiſiaca, ſp. 9. a tarantiſmo, ſp. 14. hydrophobica, ſp. 15. a dolore, ſp. 13. Cephalitis traumatica, ſp. 2.

CYNANCHE. (10)

Pyrexia aliquando typhodes; rubor et dolor faucium; deglutitio et ſpiratio difficiles, cum anguſtiæ in faucibus ſenſu.

Cynanche, S. gen. 110. Lin. 33. Sag. 300.
Angina, Vog. 49. Hoffm. ii, 125. Junck. 30.
Angina inflammatoria, Boerh. 798.

Species ſunt,

1. Cynanche (*tonſillaris*) membranam faucium mucoſam, et præcipue tonſillas, tumore et rubore afficiens, cum febre ſynocha.
Cynanche tonſillaris, ſp. 1.
Anginæ inflammatoriæ, ſp. 5. Boerh. 805.

2. Cynanche (*maligna*) tonſillas et membranam faucium mucoſam afficiens tumore, rubore, et cruſtis mucoſis coloris albeſcentis vel cineritii, ſerpentibus, et ulcera tegentibus; cum febre typhode et exanthematis.
Cynanche maligna, ſp. 3.
——— ulceroſa, var. a. Journ. de Med. 1758.
——— gangrænoſa, var. b. Ibid. 1756.
Ulcera faucium et gutturis anginoſa et lethalia.
Hiſpanis Garotillo, Lud. Mercat. conſult. 24.
Angina ulceroſa, clar. Fothergill, Account of the ulcerous ſore throat, edit. 1751, Huxham on the malignant ulcerous ſore throat, from 1751 to 1753.
Febris epidemica cum angina ulcuſculoſa, Douglas Practical hiſtory, Boſton 1736. Lond. med. obſ. i, 20.

Angina

CYNANCHE. (10)

Angina epidemica, Ruſſel œcon. natur. pag. 105.
——— gangrænoſa, Withering's diſſ. inaug. Edinb. 1766.
——— ſuffocativa, Bard's Inquiry, New-York, 1771.
——— maligna, Johnſtone on the malignant angina, &c. Worceſter 1779. Wall's works, p. 58.

3. Cynanche (*trachealis*) reſpiratione difficili, inſpiratione ſtrepente, voce rauca, tuſſi clangoſa, tumore fere nullo in faucibus apparente, deglutitione parum difficili, et febre ſynocha.

Cynanche trachealis, ſp. 5.
——— laryngea Auctorum, Eller. de cogn. et curand. morb. ſect. 7.
Anginæ inflammatoriæ, ſp. 1. Boerh. 801.
Angina latens et difficilis, Dodon. obſ. 18.
——— interna, Tulp. lib. i, obſ. 51.
——— pernicioſa, Greg. Horſt. obſerv. l. iii, obſ. 1.

An hæc Sauvageſii ſynonyma et ſequentia ad eundem morbum pertinent, videant experti; ſequentia autem ad morbum characteris dati manifeſto pertinere videntur:

Suffocatio ſtridula, Scotis, the Croup. cl. Home on the Croup.
Aſthma infantum, Millar on the aſthma and chincough.
——— infantum ſpaſmodicum, Ruſh's diſſertation, London 1770.
Cynanche ſtridula, Crawford, diſſert. inaug. Edinb. 1771.
Angina epidemica, anno 1743. Molloy apud Rutty's hiſtory of the weather.
Morbus ſtrangulatorius, Starr, Phil. Tranſact. No. 495. §
——— truculentus infantum, Francof. ad Viadrum et in vicinia graſſans, anno 1758. C. a Bergen. A. nova N. C. tom. ii, p. 157.
Angina inflammatoria infantum, Ruſſel, Oecon. nat. p. 70.
Catarrhus ſuffocativus Barbadenſis, anno 1758. Hilary's Barbadoes, p. 134.
Angina polypoſa, ſive membranacea Michaelis, Argentorati

§ An hic morbus ad Cynanchem malignam, an ad trachealem pertinet, mihi non certo conſtat, et ſæpius de eorundem morborum apud plures auctores deſcriptionibus itidem incertus ſum.

CYNANCHE. (10)

gentorati 1778, et Auctores ab ingenioſo et erudito Michaele allegati.

Morbus anginæ polypoſæ analogus, Soc. Royale ii, hiſt. p. 206.

4. Cynanche (*pharyngea*) cum rubore in imis præſertim faucibus; deglutitione maxime difficili, dolentiſſima; reſpiratione ſatis commoda, et febre ſynocha.

Cynanche pharyngea, ſp. 6. Eller de cogn. et cur. ſect. 7.

Anginæ inflammatoriæ, ſp. 4. Boerh. 804.

5. Cynanche (*parotidea*) cum tumore externo parotidum et maxillarum glandularum magno; reſpiratione et deglutitione parum læſis; febre ſynocha plerumque leni.

Cynanche parotidæa, ſp. 14. Gallis Oreillons et Ourles, Tiſſot Avis au peuple, No. 116. Encyclopedie, au mot Oreillons.

Angina externa, Anglis, the Mumps, Ruſſel, Oecon. natur. p. 114. Scotis, the Branks.

Catarrhus Bellinſulanus, ſp. 4.

Oſſervazioni di Girol. Gaſpari, Venez. 1731.

——— di Targ. Tozzeti, Racolta 1ma, p. 176.

Cynanche purpuro-parotidæa, S. ſp. 15, vel ad malignam, ſp. 3, vel ad Scarlatinam pertinere videtur.

Cynanchæ ſymptomaticæ ſunt,

a. A cauſis internis.

Cynanche epidemica, S. ſp. 2. Amphimerina anginoſa, ſp. 12. Febris anginoſa, Huxham de aëre. Cynanche prunella, S. ſp. 12. exanthematica, ſp. 4. arthritica, ſp. 10. hepatica, ſp. 8. a dyſenteria, ſp. 13.

b. A cauſis externis.

Cynanche a deglutitis, ſp. 9. mercurialis, ſp. 11.

Cynanche thymica, S. ſp. 7, raro inflammatoria eſt, et vix hujus loci.

PNEUMONIA.* (11)

Pyrexia; dolor in quadam thoracis parte; reſpiratio difficilis; tuſſis.

Febris pneumonica, Hoffm. ii, 136. Macb. p. 435.

Species

* Ab omni ævo, in hunc fere diem, ſcriptores medici, et eos ſecuti Noſologi omnes, phlegmaſiarum pectoris interni duo eſſe genera, peripneumoniam ſcilicet et

PNEUMONIA. (11)

Species funt,

1. Pneumonia (*peripneumonia*) pulfu non femper duro, aliquando molli; dolore thoracis obtufo; refpiratione perpetuo difficili, fæpe non nifi trunco corporis erecto exercenda; faciei tumidæ colore purpureo; tuffi plerumque humida, fæpe cruenta.

Peripneumonia, S. gen. 112. Lin. 34. Vog. 51. Sag. gen. 311. Boerh. 820. Juncker 67.

¶ 1. *Idiopathicæ fimplices.*

Peripneumonia pura five vera Auctorum, fp. 1.
———— gaftrica, fp. 11. Morgagn. de cauf. et fed. epift. xx, art. 30, 31. †

Variat gradu,

Peripneumonia catarrhalis, fp. 6.
———— notha ||, Sydenh. f. 6, c. 4. Boerh. 867. Morgagni de cauf. et fed. epift. xxi, 11—15.

¶ 2.

et pleuritidem, ftatuerunt. Recentiores autem ex fectione cadaverum didicerunt, veteres de fede, ideoque de differentia horum morborum fæpe falfo ftatuiffe, et quem in pleura coftali fedem habere veteres putabant, fæpius in pleura pulmonem inveftiente fitum fuiffe invenerunt anatomici recentiores. Novimus, porro, quod fi quidem morbi illi diverfam aliquando fedem habuerint, id tamen per fymptomata vix certo cognofci poffe; et, utcunque fit, morbos illos quatenus, quovis modo diftinctos, revera maxime effe affines, plerumque fimul conjunctos, et eofdem diftinxiffe ad ufus medicinæ parum omnino contuliffe. Hifce igitur perpenfis, phlegmafias pectoris interni non nifi genus unicum conftituere, cum Hoffmanno expertiffimo putamus; quamobrem hujufmodi genus hic fub nomine Pneumoniæ pofuimus. Symptomata, quæ pro characterifticis adhibuimus, cum quæ in omni phlegmafia pectoris interni femper adfint, et in qualibet præcipua fint, ea recte characterem genericum conftituere videntur.

An fpecies diverfæ vere ftatuendæ fint, anceps hæreo. Sed, opinionibus et confuetudini medicorum aliquid concedere volens, peripneumoniæ et pleuritidis quatenus, vel ex opinione medicorum vel ex propria obfervatione, eas diftinguere liceat, characteres fpecificas dedi. Interim tamen obfervari velim, inter illos morbos, utcunque aliquando diftinctos, limites accuratos plerumque non ponendos effe.

† Ad Peripneumoniam, an ad Pleuritidem, potius pertinet hæc varietas, mihi non certo conftat.

|| Peripneumoniam Notham a Vera gradu tantum differre opinor; ideoque uti varietas hic appofui. In eo quidem differre puto, quod in peripneumonia Notha inflammatio fit lenior, et affluxus humorum in pulmones copiofior, quam in Vera. Cum autem in Notha fymptomata pyrexiæ, doloris, dyfpnœæ, et tuffis, vario gradu et varia ratione conjuncta, adeffe poffint, minime mirandum fi hujus morbi apud diverfos auctores defcriptiones parum uniformes fint, et necne morbus fub titulo peripneumoniæ nothæ a diverfis auctoribus defcriptus idem revera fit, dubia quædam moverit doctiffimus Morgagni. Perpenfis tamen omnibus de hac re dictis, et cum obfervationibus pluribus apud ipfos ægros factis collatis, nihil dubito quin morbus a Sydenhamo et Boerhaavio, fub titulo Peripneumoniæ nothæ defcriptus, unus idemque fit, nec ab eo, morbum a Valfalva in Francifco Coralio, vel morbum in celebri Antonio Valifnerio, ab ipfo Morgagni obfervatum, re ipfa diverfum fuiffe puto. Vide Firft Lines of the Practice of Phyfic, edit. 1784. § ccclxxvi.

PNEUMONIA. (11)

¶ 2. *Idiopathicæ complicatæ febre.* †

Peripneumonia putrida, S. ſp. 2. ‡ ardens, ſp. 3. maligna, ſp. 4. typhodes, ſp. 5. Amphimerina peripneumonica, ſp. 15.

¶ 3. *Symptomaticæ.*

Peripneumonia arthritica, S. ſp. 7. exanthematica, ſp. 9. phthiſicorum, ſp. 8. hydrophobia, ſp. 10. rachialgica, ſp. 12.

2. Pneumonia (*pleuritis*) pulſo duro; dolore, plerumque lateris, pungente, ſub inſpiratione præſertim aucto; decubitu in latus moleſto; tuſſi dolentiſſima, initio ſicca, poſtea humida, ſæpe cruenta.

Pleuritis, S. gen. 103. Lin. 27. Vog. 50. Sag. 303. Boerh. 875. Junck. 67.
Paraphreneſis, S. gen. 102. Lin. 26. *
Paraphrenitis, Vog. 55. Boerh. 907.
Diaphragmitis, Sag. gen. 304.

¶ 1. *Idiopathicæ ſimplices.*

Pleuritis vera, S. ſp. 1. Boerh. 875. Verna, princeps morb. acut. pleuritis, lib. i, cap. 2, 3. Zeviani, della parapleuritide, cap. 3. Morgagn. de ſed. et cauſ. morb. ep. xx, artic. 56, xxi, 45. Wendt. de pleuritide, apud Sandifort. theſ. ii.
——— pulmonis, S. ſp. 2. Zevian. dell. parapleur. iii, 28, &c.
Pleuripneumonia, pleuro-peripneumonia, peripneumo-pleuritis Auctorum. Baronius de pleuripneumonia.

Ill.

† Cum morbi diverſi ſimul complicati ſint, ſæpe, quis illorum pro morbo primario habendus ſit dubitari poteſt; nec in hac re me ubique recte judicatum iri ſpondeo. In quibuſdam mei ipſius judicio uſus ſum; in pleriſque vero Sauvageſium ſecutus ſum. Sufficere plerumque ratus ob oculos ſtudioſorum complicationes iſtas quomodocunque ponere.

‡ Sauvageſium, ut ſoleo, ſecutus, hanc et tres ſequentes ſpecies quaſi diverſas recenſui, cum tamen pro una eademque habere vellem.

* In morbo qui vulgo Paraphreneſis vel Paraphrenitis, et rectius a Sagaro Diaphragmatis, appellatur, pleuræ ſuper diaphragma extenſæ inflammationem adeſſe, et in ea morbum conſiſtere agnoſcunt medici omnes; non recte igitur uti genus a pneumonia diverſum recenſuerunt Noſologi.

Nec quidem pro diverſa a pleuritide ſpecie recenſeri poteſt; cum plerumque nulla alia præter illa pleuritidis ſymptomata oſtendit. Quæ a plurimis huic morbo tributa ſunt riſus nempe ſardonicus, et delirium phreniticum, certe non ſemper adſunt. Primum quod nunquam vidi, certe rariſſimum eſt; et poſterius, alias etiam pneumoniæ ſpecies ſæpe comitatur, nec tantum a parte pleuræ inflammata, quantum a gradu pyrexiæ, vel diatheſis phlogiſticæ, pendere videtur.

PNEUMONIA. (11)

Ill. Halleri opuscul. patholog. ob. 13. Morgagn. de sed. et caus. epist. xx et xxi. passim. Cleghorn Minorca, p. 247. Triller de pleuritide, aph. 1, 2, 3. cap. i, 8. Huxham dis. on pleurisies, &c. ch. i. Ill. Pringle dis. of the army, p. 147.

Pleuritis convulsiva, S. sp. 13. Bianch. hist. hep. vol. i, p. 234.

——— hydrothoracica, sp. 15. Morgagn. de caus. et sed. xx, 34.

——— dorsalis, sp. 3. Verna, p. iii, c. 8.

——— mediastini, sp. 4. P. Sal. Div. de affect. part. cap. 6. Friend, hist. med. de Avenzoare.

Mediastina, Vog. 52.

Pleuritis pericardii, sp. 5. Verna, p. iii, c. 9.

Parapleuritis Zeviani della parapleuritide.

Pleurodyne, parapleuritis, sp. 19.

Paraphrenesis diaphragmatica, sp. 1. De Haen, rat. med. i, 7. iii, p. 31.

——— pleuritica, sp. 2.

——— hepatica, sp. 3.

De inflammatione mediastini, pericardii, et diaphragmatis, vide Morgagn. de caus. et sed. viii, 13. xxi, 35, 36, 46. xlv, 16. Van Swieten ad Boerhaav. 913.

¶ 2. *Complicatæ.*

a. Febre.

Pleuritis biliosa, S. sp. 7. erysipelatosa, sp. 11. biliosa, Bianch. hist. hep. vol. i, p. 236. putrida, sp. 9. Synochus pleuritica, sp. 5. Pleuritis pestilens, sp. 16. miliaris, sp. 20.

b. Catarrho.

Pleuritis catarrhalis, sp. 10.

——— lymphatica, Bianch. hist. hep. i, p. 233.

¶ 3. *Symptomaticæ.*

Pleuritis traumatica, sp. 6.

——— verminosa, sp. 8. Verna pleur. p. i, c. 1. p. iii, c. 11. Morgag. de sed. et caus. xxi, 43, 44.

——— stomachalis, Bianch. hist. hep. i, p. 232.

Pleurodyne verminosa, sp. 2.

Pleuritis lactea, sp. 17.

——— Polonica, sp 18.

¶ 4 *Falsæ.*

Pleuritis hepatica, sp. 12. Panarol. Pentac. i, o. 37.

——— splenica, sp. 19.

Pneumoniæ

PNEUMONIA. (11)

Pneumoniæ ſequelæ ſunt,

1. VOMICA. Poſt pneumoniam, reſolutione quadam non terminatam, dyſpnœa et tuſſis perſtantes, cum decubitu in latus ſanum difficili, et febre hectica.

Vomica, Boerh. 835. Junck. 35. †
Pleurodyne vomica, S. ſp. 21.

2. EMPYEMA. Poſt pneumoniam ſuppuratione terminatam, ſæpe poſt vomicam, remiſſio doloris, dum perſtant dyſpnœa, tuſſis, decubitus difficilis, et febris hectica, ſæpe cum ſenſu liquoris in pectore fluctuantis, et ſignis hydrothoracis.

Varietates ex Sauvageſio, licet non ſemper diſtinguendas, hic ſubjungimus:
Empyema a peripneumonia, ſp. 1. a vomica, ſp. 2. pleuræ, ſp. 3. mediaſtini, ſp. 4. diaphragmatis, ſp. 5. intercoſtale, ſp. 6.

CARDITIS. ‡ (12)

Pyrexia; dolor in regione cordis; anxietas; ſpiritus difficilis; tuſſis; pulſus inæqualis; palpitatio; ſyncope.

Carditis, S. gen. 111. Vog. 54.
Pericarditis, Vog. 53.

¶ 1. *Idiopathica.*

Carditis ſpontanea, S. ſp. 1. Senac. Traité de cœur. l. iv, ch. 7. Meckel, Mem. de Berlin, 1756.
Eryſipelas pulmonis, Lomm. obſerv. lib. ii.

¶ 2. *Symptomatica.*

Carditis traumatica, S. ſp. 2. Senac. ibid. ch. 6.

PERITONITIS. (13)

Pyrexia; dolor abdominis, corpore erecto auctus; abſque propriis aliarum phlegmaſiarum abdominalium ſignis.

Si ſigna darentur quibus dignoſci queant, ſequentes pro ſpeciebus peritonitis recenſeri poſſent.

1. Peritonitis (*propria*) in peritonæo ſtrictius dicto, ſive in peritonæo, abdomen intus ſuccingente.

Peritonitis,

† Vomicam vocamus quam vomicam clauſam appellant medici, et inde character noſter. Characteres autem vomicæ apud Linnæum et Vogelium vomicam apertam tantum reſpiciunt; ideoque ad illos auctores hic non referimus.

‡ Recte omnino dixit Vogelius, Carditidis ſymptomata fere eadem eſſe ut in peripneumonia, ſed graviora, et ita etiam ſenſiſſe videtur Linnæus, cum apud illum neque Carditis, neque Pericarditis, inter morbos phlogiſticos recenſetur. Certe novimus, pericardium ſæpe inflammatum fuiſſe ſine aliis præter peripneumoniæ ſignis.

PERITONITIS. (13)

Peritonitis, Vog. 62. Lieutaud. hist. anat. med. l. i, obs. 3. Raygerus apud eund. l. i, obs. 341. Morgagn. de sed. lvii, 20.

2. Peritonitis (*omentalis*) in peritonæo, per omentum extenso.

Epiploitis, S. gen. 106. Sag. 308.*
Omentitis, Vog. 61.
Omenti inflammatio, Boerh. 958. et Van Swieten comm. Stork. ann. med. i, 132. Hulme on the puerperal fever.

3. Peritonitis (*mesenterica*) in peritonæo, per mesenterium extenso.

Mesenteritis, Vog. 60.
Enteritis mesenterica, S. sp. 4.

GASTRITIS. (14)

Pyrexia typhodes; anxietas; in epigastrio ardor et dolor, ingestis quibuslibet auctus; vomendi cupiditas, et ingesta protinus rejecta; singultus.

Gastritis, S. gen. 104. Lin. 28. Vog. 56. Sag. 306.
Ventriculi inflammatio, Boerh. 951.
Febris stomachica inflammatoria, Hoffm. ii, 120.

¶ 1. *Idiopathicæ.*

a. A causis internis.

1. Gastritis (*phlegmonodea*) dolore acuto, pyrexia vehementi.†

Gastritis legitima, S. sp. 1. Eller, de cogn. et cur. morb. sect. xi. Haller. obs. 14. hist. 3. Lieut. hist. anat. med. lib. i, 74.
——— erysipelatosa, S. sp. 4.‡
Cardialgia inflammatoria, S. sp. 13. Tralles de opio, sect. ii, p. 231.

b. A causis externis.

Gastritis a veneno, S, sp. 3.

2. Gastritis

* Tum Epiploitis, tum Mesenteritis, ut Peritonitidis species hic recensetur, non quam quod ejusdem continuæ membranæ sint affectiones, quam quod nulla fere signa dari possunt, quibus a peritonitide, strictius dicta, dignosci queant.

† Tum gastritis, tum enteritis duarum esse specierum, quarum una phlegmonodea, altera erysipelatosa dici potest, mihi ex pluribus observationibus satis certo constat; et ejusmodi species itaque hic recensui, etsi fatendum sit, gastritidis erysipelatosæ, et magis adhuc enteritidis erysipelatosæ, signa sæpe obscura et incerta esse. De his vero monere volui ut diligentius inquirant posteri.

‡ Quam hic gastritidem erysipelatosam dixit Sauvagesius, omnino phlegmonodeam esse mihi videtur.

GASTRITIS. (14)

2. Gaſtritis (*erythematica*) dolore, et pyrexia lenioribus, rubore eryſipelatoſo in faucibus apparente.

¶ 2. *Symptomaticæ.*

Gaſtritis exanthematica, S. ſp. 5.
——— herniofa, ſp. 7.
De gaſtritide ſternocoſtali, ſp. 6. non liquet.

ENTERITIS. (15)

Pyrexia typhodes; dolor abdominis pungens, tendens, circa umbilicum torquens; vomitus; alvus pertinaciter ſtricta.

Enteritis, S. gen. 105. Lin. 29. Vog. 57. Sag. 307.
Inteſtinorum inflammatio, Boerh. 959.
Febris inteſtinorum inflammatoria ex meſenterio, Hoffm. ii, 170.

¶ 1. *Idiopathicæ.*

Species ſunt,

1. Enteritis (*phlegmonodæa*) dolore acuto, pyrexia vehementi, vomitu et alvo aſtricta.
Enteritis iliaca, S. ſp. 1. colica, ſp. 2. Boerh. 963.

2. Enteritis (*erythematica*) dolore et pyrexia lenioribus, ſine vomitu, et cum diarrhœa.

¶ 2. *Symptomaticæ.*

Enteritis flatulenta, S. ſp. 3. enterocelica, ſp. 5.

HEPATITIS. (16)

Pyrexia; hypochondrii dextri tenſio, et dolor ſæpe pungens pleuritici inſtar, ſæpius obtuſus; dolor ad claviculam et ſummum humeri dextri; decubitus in ſiniſtrum latus difficilis; dyſpnœa; tuſſis ſicca; vomitus; ſingultus. †

Hepatitis, S. gen. 113. Lin. 35. Vog. 58. Sag. gen. 312. Boerh. 914. Hoffm. ii, 14. Junck. 66. Macbr. p. 446.

Variat,

a. Acuta, ſignis in charactere dictis dignoſcenda.

b. Chronica. Hæc ſæpe nulla, quibus dignoſcatur, ſigna præbet; aliquando tamen eandem adeſſe ſuſpicari poteſt, ex hepatitidis cauſis quibuſdam prægreſſis

† Inter ſymptomata hepatitidis, colorem faciei flaveſcentem, poſuit tum Sauvageſius, tum Sagarus, et hic etiam addit, urinas icteritias, bilioſas, et ſerum ſanguinis miſſi et cruſta ſubflava; ſed hæc ſymptomata bilis regurgitantis vel reſorptæ rectius a Linnæo et Vogelio omiſſa fuiſſe cenſeo; nam ejuſmodi ſymptomata non tantum non perpetua, ſed etiam rariſſima ſunt.

HEPATITIS. (16)

ſis, ex ſenſu quodam plenitudinis et gravitatis in hypochondrio dextro, ex doloribus plus minuſve pungentibus in eadem parte ſubinde perceptis, ex dolore quodam a preſſo hypochondrio dextro, vel a decubitu in latus ſiniſtrum ſentito, et denique ex pyrexia leviori cum dictis ſignis ſubinde infeſtante.

Sauvageſii ſpecies ſunt,
Hepatitis eryſipelatoſa, ſp. 1. *
——— pleuritica, ſp. 2. Bianch. hiſt. hep. tom. i, p. 388.
Pleuritis hepatica, ſp. 12.
Hepatitis cyſtica, ſp. 4. †
——— obſcura, ſp. 5.
Pro ſpecie male recenſetur morbus ſecundarius:
Hepatitis ſuppurans, ſp. 6. Cheſton's pathol. inq. ch. iii, ſect. 2, et app. caſe 12.
Hepatalgia apoſtematoſa, ſp. 7.

SPLENITIS. (17)

Pyrexia; hypochondrii ſiniſtri tenſio, calor, tumor, et dolor preſſu auctus; abſque ſignis nephriditis.

Splenitis, S. gen. 114. Lin. 36. Vog. 59. Junck. 67. Sag. 313. Macb. p. 448.
Lienis inflammatio, Boerh. 958, et ill. Van Swieten comm.
Una tantum ſpecies recenſetur.
Splenitis phlegmonodea, S. ſp. 1. Foreſt, lib. xx, obſ. 5, 6. De Haen, apud Van Swieten, p. 958.
Pleuritis ſplenetica, ſp. 19.
Splenalgia ſuppuratoria, ſp. 3.

NEPHRITIS. (18)

Pyrexia; dolor in regione renis, ſæpe ureteris iter ſequens; mictio frequens urinæ, vel tenuis decoloris, vel ruberrimæ;

* De erythemate vel eryſipelate, quod vocant, viſcerum, minus recte ſenſiſſe medicos cenſeo; nam, me ſaltem judice, erythema non niſi ſuperficies illas internas quas tegit epithelion et tunica villoſa, epidermidi externæ continua et analoga, afficere poteſt. Nullum igitur eryſipelas pulmonis, de quo ſcripſit Lommius, Obſerv. lib. 2. agnoſco; nec hepatitidem quandam a Sauvageſio hic eryſipelatoſam recte dictam eſſe puto, et hepatitidem quidem ex Amato hic deſcriptam revera phlegmonodeam fuiſſe credo.

† Quin ex contuſione vel aliis cauſis oriri poſſit inflammatio cyſtidis felleæ, vel ductus choledochi, nullus dubito; ſed quibus ſignis cognoſci queat, niſi in uno caſu, non novi. In ictero, ſcilicet, cum dolore in regione epigaſtrica acuto, a calculo, ut videtur, in ductu choledocho hærente, inflammationem ductus cyſtici ſæpe ortam fuiſſe, omnino cenſendum, et ne oriatur ſemper cavendum.

NEPHRITIS. (18)

mæ; vomitus; cruris ſtupor; teſticuli ejuſdem lateris retractio aut dolor.

Nephritis, S. gen. 115. Lin. 37. Vog. 65. Sag. 314.

Species

¶ 1. *Idiopathica.* Spontanea.

Nephritis vera, ſp. 1.

¶ 2. *Symptomaticæ.*

Nephritis calculoſa, S. ſp. 2. Nephralgia calculoſa, ſp. 1. arenoſa, ſp. 2. purulenta, ſp. 7. Cheſton's inq. ch. 2. arthritica, ſp. 3.

CYSTITIS. (19)

Pyrexia; hypogaſtrii tumor et dolor; mictio frequens dolorifica, vel iſchuria; teneſmus.

Cyſtitis, S. gen. 108. Lin. 31. Vog. 66. Sag. 309.
Inflammatio veſicæ, Hoffm. ii, 157.

Species ſunt,

1. A cauſis internis.

Cyſtitis ſpontanea, ſp. 1.

2. A cauſis externis.

Cyſtitis a cantharidibus, ſp. 2. traumatica, ſp. 3.

HYSTERITIS. (20)

Pyrexia; hypogaſtrii calor, tenſio, tumor, et dolor; os uteri tactu dolens; vomitus.

Hyſteritis, Lin. 38. Vog. 63.
Metritis, S. gen. 107. Sag. gen. 315.
Inflammatio et febris uterina, Hoffm. ii, 156.

Species ſunt,

Metritis puerperarum, S. ſp. 1. typhodes, ſp. 2. lactea, ſp. 3.

RHEUMATISMUS. (21)

Morbus ab externa, et plerumque evidente cauſa; pyrexia; dolor circa articulos, muſculorum tractum ſequens, genua et reliquos majores, potius quam pedum vel manuum articulos, infeſtans, calore externo auctus.

Rheumatiſmus, S. gen. 185. Lin. 62. Vog. 138. Boerh. 1490. Junck. 19.
Dolores rheumatici et arthritici, Hoffm. ii, 317.
Myoſitis, Sag. gen. 301.
Lumbago, S. gen. 212. Vog. 138. Sag. 169.
Iſchias, S. gen. 213. Vog. 138. Sag. 170.
Pleurodyne, S. gen. 148. Vog. 138. Sag. 254. Macb. p. 511.

Species

RHEUMATISMUS. (21)

Species idiopathica,

Rheumatiſmus acutus, S. ſp. 1. vulgaris, ſp. 2.

Variat ſede.

a. In muſculis lumborum.

Lumbago rheumatica, S. gen. 212, ſp. 1.
Nephralgia rheumatica, ſp. 4.

b. In muſculis coxendicis.

Iſchias rheumaticum, S. gen. 213, ſp. 10.

c. In muſculis thoracis.

Pleurodyne rheumatica, S. gen. 148, ſp. 3.
Pleuritis ſpuria, Boerh. 878.

Species ſymptomaticæ,

Lumbago plethorica, S. ſp. 3. Iſchias ſanguineum, ſp. 2. Pleurodyne plethorica, ſp. 1. Rheumatiſmus hyſtericus, ſp. 7. Iſchias hyſtericum, ſp. 3. Pleurodyne hyſterica, ſp. 6. Rheumatiſmus ſaltatorius, ſp. 8. Pleurodyne flatulenta, ſp. 4. a ſpaſmate, ſp. 9. Rheumatiſmus ſcorbuticus, ſp. 4. Lumbago ſcorbutica, ſp. 5. Pleurodyne ſcorbutica, ſp. 11. Iſchias ſyphiliticum, ſp. 7. Pleurodyne venerea, ſp. 5. Lumbago ſympathica, ſp. 13. —*a meſenterii glandulis induratis,—a pancreate tumido, purulento, ſcirrhoſo, putri,—ab induratis pyloro, vena cava, pancreate, — a rene ſcirrhoſo, putrefacto,—ab abſceſſu circa venæ cavæ bifurcationem,—a vermibus intra renes.*—Lumbago a ſaburra, ſp. 8. Pleurodyne a cacochylia, ſp. 7. Rheumatiſmus ſaltatorius verminoſus, ſp. 8. Iſchias verminoſum, ſp. 8. Pleurodyne verminoſa, ſp. 2. Rheumatiſmus metallicus, ſp. 10. Lumbago a hydrothorace, ſp. 14. pſeudoiſchuria, ſp. 16. ex aneuriſmate, ſp. 11. Pleurodyne ex aneuriſmate, ſp. 10. a rupto œſophago, ſp. 20. rachitica, ſp. 13. Iſchias a ſparganoſi, ſp. 5. Pleurodyne catarrhalis, ſp. 14. phthiſica, ſp. 8. Rheumatiſmus necroſeos, ſp. 14. convulſivus, ſp. 15. Iſchias gravidarum, ſp. 4. Lumbago partus, ſp. 7. a niſu, ſp. 10. Iſchias a ſubluxatione, ſp. 9. Rheumatiſmus dorſalis, ſp. 11. Lumbago a ſatyriaſi, ſp. 15. Rheumatiſmus febricoſus, ſp. 9. Lumbago febrilis, ſp. 4. Pleurodyne febricoſa, ſp. 15. Rheumatiſmus miliaris, ſp. 12. Lumbago miliaris, ſp. 9. Pleurodyne miliaris, ſp. 16.

Rheumatiſmi

RHEUMATISMUS. (21)

Rheumatiſmi ſequela eſt,

ARTHRODYNIA.* Poſt rheumatiſmum, niſum violentum, vel ſubluxationem; dolores artuum vel muſculorum, ſub motu præſertim, aucti, plus minuſve fugaces, calore lecti vel alio externo levati; artus debiles, rigidi, facile, et ſæpe ſponte frigeſcentes; pyrexia nulla; tumor plerumque nullus.

Rheumatiſmus chronicus Auctorum.

Lumbago et iſchias aliquando morbi acuti, ſed cum ſæpius chronici ſint, plerumque ad hunc locum pertinent. Lond. med. obſ. iv, 5.

ODONTALGIA.† (22)

Rheumatiſmus vel arthrodynia maxillarum a carie dentium.

Odontalgia, S. gen. 198. Lin. 45. Vog. 145. Sag. gen. 157. Junck. 25. Macbr. 509.

——— ſive rheumatiſmus odontalgicus, Hoffm. ii, 330.

Varietates ex Sauvageſio ſunt,

Odontalgia carioſa, ſp. 1. ſcorbutica, ſp. 4. catarrhalis, ſp. 3. arthritica, ſp. 6. gravidarum, ſp. 2. hyſterica, ſp. 3. ſtomachica, ſp. 9.

PODAGRA.‡ (23)

Morbus hæreditarius, oriens ſine cauſa externa evidente, ſed

* Si, ut quidam ſtatuunt, rheumatiſmus chronicus ab acuto, genere omnino diverſus ſit, nomen ſimplex, uti genus omne, habere oportet, et hujuſmodi nec ineptum, ut puto, impoſui. Porro, cum pro ſequela rheumatiſmi acuti vel rheumatiſmi ſimpliciter dicendi, rheumatiſmum chronicum dictum ſemper habeo, et cum inter utrumque morbum ſæpe limites vix ſtatuendi ſint, ideoque pro diverſo genere rheumatiſmum chronicum recenſere vix potui; rheumatiſmus tamen chronicus exquiſitus ab acuto natura adeo diverſus evadit, et medelam adeo diverſam expoſcit, ut merito nomine prorſus diverſo inſigniri poſſit; et ſi quis pro genere etiam diverſo ponere velit, per me profecto licet.

† In priori Noſologiæ methodicæ noſtræ editione, Odontalgiam pro rheumatiſmi ſpecie habui, ac recenſui; ſed, cum eam a rheumatiſmo alio quovis cauſam prorſus diverſam, acre, ſcilicet, membranas ſenſibiles irritans, habere obſervaverim, pro genere, a rheumatiſmo diverſo, etiam habere vellem, et hic itaque uti genus diverſum poſui.

Etiamſi odontalgiam a frigore et aliis irritamentis aliquando ſuſcitari videtur, cariem dentium, diatheſin phlogiſticam inducentem, ſemper ſubeſſe puto. Sunt fortaſſis alii morbi, ab acri irritante orti, qui rheumatiſmum exacte ſatis referunt; ſed de iis nobis non conſtat. Si tamen revera exiſteret, ad mentem clariſſ. D. Cottunnii, Iſchias nervoſa, rheumatiſmi ab acri nervos irritante orti exemplum aliud haberemus; ſed neque phænomena a Cottunnio relata, neque ratio medendi, neque ſectiones cadaverum, ejuſmodi morbum unquam exſtitiſſe mihi probant; ideoque neque hic, neque alibi, Iſchiadem nervoſam Cottunnii inter rheumatiſmi ſpecies recenſui.

‡ Arthritis nomen, utpote apud medicos ambiguum, rejeci, et Podagra nomine, utpote typum morbi præcipuum notante, cum celebri Boerhaavio uſus ſum.

PODAGRA. (23).

ſed præeunte plerumque ventriculi affectione inſolita; pyrexia; dolor ad articulum, et plerumque pedis pollici, certe pedum et manuum juncturis, potiſſimum infeſtus; per intervalla revertens, et ſæpe cum ventriculi, vel aliarum internarum partium, affectionibus alternans.

Podagra, Vog. 175. Boerh. 1254.
Febris podagrica, Vog. 69.
Arthritis, S. gen. 183. Lin. 60. Vog. 139. Sag. 142. Macb. p. 487. Lond. med. obſ. vi, 20.
Dolor podagricus et arthriticus verus, Hoffm. ii, 339.
Dolores arthritici, Hoffm. ii, 317.
Affectus ſpaſtico arthritici, Junck. 46.

Recte forſitan Sauvageſius, more ſibi inſolito, hujus morbi non niſi unicam eſſe ſpeciem affirmavit; ſed varietates ſequentes notari poſſunt:

1. Podagra (*regularis*) cum inflammatione artuum ſatis vehementi, per aliquot dies perſtante, et paulatim cum tumore, pruritu, et deſquamatione partis, recedente.

Arthritis podagra, ſp. 1. rachialgica, ſp. 11. ‖ æſtiva, ſp. 4.

2. Podagra (*atonica*) cum ventriculi vel alius partis internæ atonia, et vel ſine expectata aut ſolita artuum inflammatione, vel cum doloribus artuum lenibus tantum et fugacibus, et cum dyſpepſia vel aliis atoniæ ſymptomatis, ſubito ſæpe alternantibus.

Arthritis melancholica, S. ſp. 6. hiemalis, ſp. 2. chlorotica, ſp. 5. aſthmatica, ſp. 9.

3. Podagra (*retrograda*) cum inflammatione artuum ſubito recedente, et ventriculi vel alius partis internæ atonia mox inſecuta.

4. Podagra (*aberrans*) cum partis internæ inflammatione, vel non prægreſſa, vel prægreſſa, et ſubito recedente, inflammatione artuum.

Conjungitur aliquando aliis morbis podagra.

Arthritis rheumatica, ſp. 3. ſcorbutica, ſp. 7. ſyphylitica, ſp. 8.

Ad podagram nequaquam pertinere videntur ſequentes:

Arthritis rachitica, ſp. 13. Americana, ſp. 14. Bahamenſis, ſp. 15.

ARTHROPUOSIS.

‖ Ut ſolitus ſum, Sauvageſii varietates, ſive ſpecies quas vocat, hic appono; ſed tum quod ſpecies ejus non ſemper bene definitæ ſint, tum quod podagra regularis et atonica a ſe invicem non ſemper prorſus disjungantur, in apponendis loco idoneo Sauvageſii ſpeciebus, me ubique accuratum fo[illegible] ſpondeo.

ARTHROPUOSIS. ‡ (24)

Dolores artuum vel partium musculosarum, sæpe post contusionem, profundi, obtusi, diuturni; tumor vel nullus, vel modicus, et diffusus; phlogosis nulla; pyrexia primum lenis, tandem hectica, et simul partis apostema.

Lumbago psoadica, S. sp. 8. Fordyce, Practice of Physic, part ii, p. 70. Cheston, app. case 4 et 5.
——— apostematosa, sp. 12.
——— ab arthrocace, sp. 17.
Ischias ex abscessu, sp. 6.
Morbus coxarius, De Haen, Rat. med. vol. i, c. 32.

ORDO III. EXANTHEMATA.

Morbi contagiosi, semel tantum in decursu vitæ aliquem afficientes; cum febre incipientes; definito tempore apparent phlogoses, sæpe plures, exiguæ per cutem sparsæ. *

Exanthemata, Sag. cl. x.
Phlegmasiæ exanthematicæ, Sauv. cl. iii. ord. 1.
Morbi exanthematici, Lin. cl. i. ord. 2.
Febres exanthematicæ, Vog. cl. i. ord. 2.

VARIOLA.

‡ Cum neque rheumatismum neque podagram in apostema unquam abire credo, est hic morbus ab utroque certe diversus, ideoque pro genere peculiari recensendus. Utinam character ad eum a rheumatismo, arthrodynia, arthrocace, et phlogosi, distinguendum, ubique satis certo adhibendus, dari posset.

* Quo charactere recte definiri, et quibus limitibus circumscribi debeat hic ordo, admodum incertum est. Si eruptiones enim a contagione specifica ortæ, solæ pro exanthematis, et morbis hujus ordinis, habendæ sint; certe eruptiones a nulla contagione specifica, sed a quodam febris statu solum, pendentes, inter exanthemata genuina nequaquam recensendæ sunt. Ita Petechia a nobis omittitur, et forsitan tum Miliaria tum Aphtha omittenda esset. Dein, cum exanthemata pleraque contagiosa sint, et non nisi semel in decursu vitæ aliquem afficiant, omnino idoneum videtur ut hæc ab eruptionibus non contagiosis, quæ sæpe in decursu vitæ aliquem afficiant vel afficere possint, rite distinguantur. Variola igitur et erysipelas minus recte sub eodem ordine collocantur. Denique, cum eruptiones in morbo quodam non semper ejusdem sint formæ, nec semper, nec certo quovis morbi die, in illo morbo compareant, an ejusmodi morbus inter exanthemata recensendus sit, merito dubitari potest; ideoque an pestis ad exanthematum, an ad febrium ordinem, referri debeat, dubito.

De hisce omnibus utiliter fortassis disputari potest; de iisdem vero certo statuere vix ausim; quod mihi tamen in Nosologia maxime idoneum esse videtur id ex charactere quem dedi satis patebit.

Cum autem ad characteres generum et specierum, ordinis character non omnino necessarius sit, hunc quodammodo neglexi, et hic morbos a Nosologis pro exanthematis habitos plerosque recensui.

VARIOLA. (25).

Synocha contagiofa cum vomitu, et, ex epigaftrio preffo, dolore.

Tertio die incipit, et quinto finitur eruptio papularum phlegmonodearum, quæ, fpatio octo dierum, in fuppurationem, et in cruftas demum abeunt, fæpe cicatrices depreffas, five foveolas in cute, relinquentes.

Variola, S. gen. 92. Lin. 3. Sag. gen. 290.
Febris variolofa, Vog. 35. Hoffm. ii, 49.
Variolæ, Boerh. 1371. Junck. 76.

Species funt,

1. Variola (*difcreta*) puftulis paucis, difcretis, circumfcriptione circularibus, turgidis; febre, eruptione facta, protinus ceffante.

Variola difcreta benigna, fp. 1.
Variolæ regulares difcretæ, Sydenh. fect. iii, c. 2.
——— difcretæ fimplices, Helvet. obf. fp. 1.
Variola difcreta complicata, fp. 2. Helv. fp. 2.
Variolæ anomalæ, Sydenh. fect. iv, cap. 6.
Variola difcreta dyfenteriodes, fp. 4. Sydenh. f. iv, cap. 1.
——— difcreta veficularis, fp. 5.
——— difcreta cryftallina, Mead de variol. cap. 2.
——— difcreta verrucofa, fp. 6. Mead ibid.
——— difcreta filiquofa, fp. 7. Friend oper. p. 358.
——— difcreta miliaris, fp. 8. Helvet. obf. fp. 3.

2. Variola (*confluens*) puftulis numerofis, confluentibus, circumfcriptione irregularibus, flaccidis, parum elevatis; febre poft eruptionem perftante.

Variola confluens, fp. 9.
Variolæ regulares confluentes, ann. 1667. Sydenh. fect. iii, cap. 2.
——— confluentes fimplices, Helvet. obf. fp. 1.
Variola confluens cryftallina, fp. 10.
——— Japonica, Kempfer.
Veficulæ Divæ Barbaræ, C. Pif. obf. 149. ‡
Variola confluens maligna, Helvet. obf. fp. 1.
——— confluens cohærens, fp. 11.
——— confluens maligna, Helver. fp. 2.
——— confluens nigra, fp. 12. Sydenh. fect. v, c. 4.
——— confluens maligna, Helvet. fp. 3.
——— fanguinea, Mead de variolis, cap. 2.
——— confluens corymbofa, fp. 13.
——— confluens maligna, Helvet. fp. 4.

‡ Pro fpecie variolæ, has veficulas hic pofuit Sauvagefius. Sed veficulæ a Pifone defcriptæ potius ad pemphigum pertinere mihi videntur.

VARICELLA. (26)

Synocha. Papulæ poſt brevem febriculam erumpentes, in puſtulas variolæ ſimiles, ſed vix in ſuppurationem euntes; poſt paucos dies in ſquamulas, nulla cicatrice relicta, deſinentes.

Varicella, Vog. 42.
—— lymphatica, ſp. 1.
Anglis, the Chicken-Pox, Ed. med. eſſ. vol. ii, a. 2, near the end. Heberden, Med. tranſ. art. 17.

RUBEOLA. (27)

Synocha contagioſa cum ſternutatione, epiphora, et tuſſi ſicca, rauca.

Quarto die, vel paulo ſerius, erumpunt papulæ exiguæ, confertæ, vix eminentes, et poſt tres dies in ſquamulas furfuraceas minimas abeuntes.
Rubeola, S. gen. 94. Lin. 4. Sag. 293.
Febris morbilloſa, Vog. 36. Hoffm. ii, 62.
Morbilli, Junck. 76.

1. Rubeola (*vulgaris*) papulis minimis, confluentibus, corymboſis, vix eminentibus.
Rubeola vulgaris, ſp. 1.
Morbilli regulares, Sydenh. ſect. iv, cap. 5.
Lond. med. obſ. iv, 19, 20.
Variat
a. Symptomatis gravioribus, et decurſu minus regulari.
Rubeola anomala, ſp. 2.
Morbilli anomali, Sydenh. ſect. v, cap. 3.
b. Comitante cynanche.
Rubeola anginoſa, ſp. 4. Edinb. eſſays, vol. v, a. 2.
c. Comitante diatheſi putrida.
Clar. Watſon, Lond. med. obſ. vol. iv, art. 11.

2. Rubeola (*variolodes*) papulis diſcretis eminentibus.
Rubeola variolodes, ſp. 3. ‡ Scotis, the Nirles.

SCARLATINA. (28)

Synocha contagioſa.

Quarto morbi die, facies aliquantum tumens; ſimul in cute paſſim rubor floridus, maculis amplis, tandem coaleſcentibus,

‡ Sauvageſium ſecutus, hunc morbum hic indicavi, etſi multum dubito an recte ad rubeolam referendus ſit. Non ſolum enim forma papularum plurimum differt, ſed, quod majoris momenti eſſe videtur, eſt plerumque abſque ſymptomatis catarrhalibus, rubeolæ adeo propriis.

SCARLATINA. (28)

coalefcentibus, poft tres dies in fquamulas furfuraceas abiens; fuperveniente dein fæpe anafarca.

Scarlatina, S. gen. 98. Vog. 39. Sag. 294. Junck. 75.

Species funt,

1. Scarlatina (*fimplex*) nulla comitante cynanche.
   Scarlatina febris, S. fp. 1. Sydenh. fect. vi, cap. 2. Soc. Royale i. mem. p. 10. Macbr. p. 380.

2. Scarlatina (*cynanchica*) cum cynanche ulcerofa. †
   Scarlatina anginofa, S. fp. 6. Withering on the fcarlet fever.
   De fcarlatina porriginofa, S. fp. 3. Sydenh. fect. vi, cap. 6. et Scarlatina variolode, S. fp. 5, nobis non liquet.

PESTIS. (29)

Typhus maxime contagiofa, cum fumma debilitate. ‡

Incerto morbi die, eruptio bubonum vel anthracum.

Peftis, S. gen. 91. Lin. 2. Junck. 78.

Febris peftilentialis, Vog. 33. Hoffm. ii, 93.

Variat gradu,

Peftis benigna, fp. 2. Peftis Maffilienfis claff. 3. Traité de la pefte, pag. 41. Ejufdem peftis, cl. 5. Traité, p. 228.

 Peftis

† Spatio quadraginta annorum Scarlatinam fexies vel fepties in Scotia epidemicam obfervavi, et in unoquoque exemplo morbus illius fpeciei erat quam Scarlatinam anginofam vocat Sauvagefius. Nos Cynanchicam appellavimus, ex eo quod ulceribus faucium internarum fere femper comitata fuit. Cum in plerifque ægris morbus cynanchem malignam plurimum, aliquando fatis exacte referebat, nec unquam fcarlatinam epidemicam in omnibus ægris fimplicem effe viderim, fæpe dubitavi annon fcarlatina omnis fit cynanchica, et femper idem fere morbus ac cynanche maligna, fupra inter Phlegmafias relata. Plures autem rationes in hanc fententiam ire non finunt. Certe enim, teftibus Sydenhamo perfpicaciffimo et aliis, fcarlatina fimplex, five nulla comitante cynanche, aliquando obfervata fuit, et datur, itaque contagio quædam fpecifica efflorefcentiam cutis fcarlatinam, et hanc abfque affectione quadam cynanchica, gignens. Quod, fi aliquando etiam contagio fit, fauces afficiens, quæ plerumque etiam fcarlatinam gignat, hoc nihil præterea mihi probare videtur, quam quod fit contagionum quarundam natura, ejufmodi ut fimul tum fauces, tum cutem, afficere valeat. Cum tamen contagiones iftæ ita differre poffint, ut altera cutem, altera fauces magis et primario afficere proclivis fit, hanc differentiam inter fcarlatinæ et cynanchis malignæ contagionem femper ineffe puto. In morbo epidemico, quem pro Scarlatina habui, aliquot ægrotantium fine cynanche quacunque erant; et in iis fere omnibus, quibus adfuit cynanche, hæc benigna admodum, ulcera tonfillarum, parva tantum nec ferpentia, et plerumque pus bonum fundentia, exhibuit, et morbus raro funeftus fuit. In cynanche vero maligna ægrotantes omnes in ipfo morbi ingreffu, cynanche correpti funt, et hæc fere femper ulcera maligna, fœda, ferpentia, gangrænofa, oftendebat. Morbus porro, putredinis et debilitatis indicia plurima prodens, plerumque exitialis evafit.

‡ De charactere peftis, lites inter medicos fæpe ortæ funt, nec facile dirimendæ, ita ut character quibufcunque peftis cafibus adhibendus dari poffit; fed fufficiat characterem dediffe qui in plerifque adhiberi queat.

PESTIS. (29)

—— remittens, ſp. 9.

—— vulgaris, ſp. 1. Peſtis Maſſil. cl. 2. Traité, p. 38. Ejuſd. cl. 2, 3, et 4ta. Traité, p. 225, &c. Waldſchmidt. de peſte Holſatica, apud Halleri, diſſ. pract. tom. v. Chenot de peſte Tranſylvanica 1755, 1759. De Haen, Rat. med. pars xiv. Car. de Mertens De peſte Moſcouenſe 1771. Samoilowitz Memoire ſur la peſte de Moſcou 1771. Ejuſd. lettre ſur l'experiences des frictions glaciales pour la gueriſon de la peſte. Ejuſd. mem. ſur l'inoculation de la peſte. Unterricht vors volk gegen die peſt. Dantzig. 1770. Muratoris Del Governo della peſte. Breſcia 1721.

—— Ægyptiaca, ſp. 11. Alpin. de med. Ægypt.

—— interna, ſp. 3. Peſt. Maſſil. cl. 1. Traité, p. 37, 224.

Species dubiæ ſunt,

Peſtis ſporadica, S. ſp. 4. carbunculoſa, ſp. 5. Siamæa, ſp. 8. ſcorbutica, ſp. 10.

ERYSIPELAS. || (30)

Synocha duorum vel trium dierum, plerumque cum ſomnolentia, ſæpe cum delirio.

In aliqua cutis parte, ſæpius in facie, phlogoſis erythema, gen. vii, ſp. 2.

Eryſipelas, S. gen. 97. Lin. 10. Sag. gen. 296.
Febris eryſipelacea, Vog. 68. Hoffm. ii, 98.
—— eryſipelatoſa, Macbr. p. 382.

Species ſunt,

1. Eryſipelas (*veſiculoſum*) erythemate, rubedine ſerpente, latum ſpatium occupante, et locis ejus quibuſdam in veſiculas magnas abeunte.

Eryſipelas roſa, ſp. 1. Sennert. de febr. lib. ii, c. 15.
Febris eryſipelatoſa, Sydenh. ſect. vi, cap. 5.
Eryſipelas typhodes, ſp. 2.* peſtilens, ſp. 5.† contagioſum, ſp. 9.

2. Eryſipelas

|| Vox Eryſipelas tum pro phlogoſi erythemate, tum pro febre eryſipelacea, a ſcriptoribus medicis uſurpatur, ſed recte Sauvageſius vitium cutaneum; quod nullam febrem, niſi ſymptomaticam, ſibi junctam habeat, erythema appellari, et eryſipelas, tantum febris illa exanthematica, quam erythema ſequitur, vocari velit.

Minus recte forſitan Ill. Linnæus eryſipelas pro protypo exanthematicorum habuit; inter exanthemata enim, an recte, recenſetur ipſum eryſipelas dubitari poteſt.

* Hæc non niſi varietas eryſipelatis veſiculoſi gradu ſolum differens, eſſe videtur.

† Hæc et ſequens non niſi febres cum erythemate ſymptomatico videntur. Hic tamen notandum eſt, eryſipelas ſæpe aliquid putridæ et gangrænoſæ indolis præ

ERYSIPELAS. (30)

2. Eryſipelas (*phlyctaenodes* †) erythemate ex papulis pluribus, trunci corporis partes præcipue occupantibus, et protinus in phlyctænas, ſive veſiculas parvas, abeuntibus.

Eryſipelas Zoſter, ſp. 8.

Zona; Anglis, the ſhingles, Ruſſel de tabe gland. p. 124. hiſt. 35.

Zona ignea, Hoffm. app. tom. iii, p. 426.

Herpes Zoſter, ſp. 9.

Symptomaticum; Eryſipelas a veneno, S. ſp. 3. Cæteræ Sauvageſii ſpecies ad erythema pertinent.

MILIARIA. || (31)

Synochus cum anxietate, frequenti ſuſpirio, ſudore olido, et punctionibus cutis.

Incerto morbi die erumpunt papulæ rubræ, exiguæ, diſcretæ, per totam cutem, præter faciem, crebræ, quarum apices, poſt unum vel alterum diem, puſtulas minimas, albas, brevi manentes, oſtendunt.

Miliaria,

ſe ferre; nec dubito quin eryſipelas, quod in hac regione, plerumque diatheſi phlogiſtica comitatur, aliquando, præſertim in regionibus calidioribus, cum diatheſi putrida adſit; et forſitan duas eryſipelatis ſpecies, inflammatoriam nempe et putridam, indicare potuiſſemus; ſed de poſteriori nobis non ſatis conſtat.

† An hæc ſpecies ad idem cum eryſipelate veſiculoſo genus recte referatur, dubito; ſed judicent periti.

|| Inter medicos, ſpeciatim Viennenſes, de indole morbi miliaris nuper acriter diſputatum eſt; et imprimis an unquam idiopathicus, an vero ſemper ſymptomaticus ſit, certatim quæritur. Quod nunquam idiopathicus ſit, præter opinionem medicorum, a medio ſeculi decimi ſeptimi in hunc fere diem, omnium, et contra ſententiam medicorum hujus ævi quorundam ſpectabilium, affirmare non auſim; ſed cum experientiam in hac re ſæpe fallacem, et medicos pleroſque imitatorum ſervum pecus fuiſſe noverim, dubitare cogor; et, utcunque ſit, morbum miliarem plerumque ſymptomaticum fuiſſe, ex obſervatione propria, per multos annos frequenti, certo novi. Nunquam contagioſum, nec manifeſto epidemicum, quibuſdam licet temporibus ſolito frequentiorem, vidi. Morbis febrilibus quibuſcunque, tum inflammatoriis tum putridis, aliquando adjungitur; in nullis tamen, niſi regimine calido et ſudoribus præeuntibus, ortum, et in pluribus, regimine temperato, et ſudoribus vitatis, morbum, alias expectandum, prorſus vitatum obſervavi. In quibuſdam corporis partibus quaſi arte excitatum aliquoties novi. Denique, cum contagiónum ſpecificarum plerarumque indolem materia, ſi qua datur, miliaris nequaquam imitetur, tum quod certo morbi die eruptionem non efficiat, tum quod non ſemel tantum, ſed ſæpius in vitæ decurſu, hominem afficiat. De hujus igitur materiæ natura ſpecifica, vel ad morbum quemvis idiopathicum gignendum apta, valde dubito. In hac re mecum ſentientem experientiſſimum et peritiſſimum Carolum White habere mihi gratulor. Vide White on the Management of Lying-in Women.

Cutem autem in hac re me falli potuiſſe, facile agnoſco, ne tamen alios ſimul fallerem, miliariam inter exanthemata hic recenſui, et characterem ejus, quem quivis, hunc morbum pro idiopathico habens, dare voluerit, exhibui; peritis quibuſvis hanc rem certius dijudicandum relinquens.

MILIARIA. (31)

Miliaria, Lin. 7.
Miliaris, S. gen. 95. Sag. gen. 295.
Febris miliaris, Vog. 37.
—— purpurata rubra et alba miliaris, Hoffm. ii, 68.
—— purpurea seu miliaris, Junck. 75.
Germanis der Friesel. God. Welsch. hist. med. de novo puerperarum morbo, qui der Friesel dicitur, Lips. 1655.

De hoc morbo scriptores præcipui sunt,
Hamilton, de febr. miliar. 1710. Fontanus, de febr. mil. 1747. Allioni de miliar. 1758. Fordyce, de febr. mil. 1748. Fischer, de febr. mil. 1767. De Haen, de divis. febr. 1760. et in Ratio med. passim. Matt. Collin ad Baldinger de mil. 1764. Baraillon sur la fievre miliaire, Soc. Royale i. mem. p. 193. ibid. ii. hist. p. 198.
Gastellier sur la fievre miliaire des femmes en couche, Montargis 1779. Varnier sur la fievre miliare de Normandie, Soc. Royale iii. mem. p. 281.

Ad idiopathicam, si qua datur, pertinent,
Miliaris benigna, sp. 1. maligna, sp. 2. recidivans, sp. 3. Germanica, sp. 5.

Symptomaticæ manifesto sunt,
Miliaris Boia, S. sp. *a.* Britannica, sp. *i.* nova febris, Sydenh. Sched. monit. S. sp. *d.* sudatoria, sp. *e.* nautica, sp. *g.* purpurata, sp. *h.* lactea, sp. *c.* puerperarum, sp. *k.* scorbutica, sp. *l.* critica, sp. *b.*

URTICARIA.† (32)

Febris amphimerina.‡

Die secundo rubores maculosi, urticarum puncturas referentes, interdiu fere evanescentes, vespere cum febre redeuntes, et post paucos dies in squamulas minutissimas penitus abeuntes.||

Febris urticata, Vog. 40. Uredo, Lin. 8. Purpura urticata, Junck. 75. Scarlatina urticata, S. sp. 2.

† Est morbus ab Anglis, *The Nettle Rash* dictus, qui quibusdam Urticaria audit; sed morbus ille, *The Nettle Rash*, ut ab eruditissimo viro G. Heberden, in Coll. Reg. Med. Lond. Actis describitur, et qualem sæpius ipsi vidimus, est ab Urticaria nosologorum omnino diversus, utpote sine febre chronicus, et ad Impetigines fortassis referendus.

‡ Hanc in priori editione contagiosam dixi; sed ex propria experientia contagiosam fuisse non novi, et quo auctore contagiosam antea dixi, nunc non invenio.

|| Ad aliorum potius quam mei ipsius mentem hic character conscriptus est; nam hunc morbum raro vidi, et nunquam epidemicum, vel regulariter, ut hic describitur, decurrentem, observavi.

URTICARIA. (32)

S. ſp. 2. Eryſipelatis ſpecies altera, Sydenh. ſect. vi. cap. 6. Febris ſcarlatina, et febris urticata, Meyſerey, Mal. des armées, 291. et ſeq.

PEMPHIGUS. (33)

Typhus contagioſa.

Primo, ſecundo, aut tertio morbi die, in variis partibus veſiculæ, avellanæ magnitudine, per plures dies manentes, tandem ichorem tenuem effundentes.

Pemphigus, S. gen. 93. Sag. 291. Morta, Lin. 1. Febris bulloſa, Vog. 41.

Species ex Sauvageſio ſunt, *

Pemphigus major, S. ſp. 1.

Exanthemata ſeroſa, C. Piſon. obſ. 150.

Febris pemphygodes, Eph. Germ. D. I. A. viii. ob. 56.

Pemphigus caſtrenſis, ſp. 2.

Febris ſyneches, cum veſiculis per pectus et collum ſparſis, Morton. app. ad exerc. ii.

Pemphigus Helveticus, S. ſp. 3. Langhans in Act. Helvet. vol. 2. p. 260. et in Beſchreibuug des Siementhals, Zurich, 1753.

Febris Veſicatoria, Macbr. p. 389.

De Pemphigo Indico, S. ſp. 4. et Pemphigo Braſilienſi, ſp. 5. non liquet.

APHTHA. (34)

Synochus. † Lingua tumidiuſcula; linguæ et faucium color

* Eclampfiam quafi morbum acutum, ab Epilepfia, quam pro Chronico habent, diftinguere, et pro diverfo genere ponere, voluerunt Sauvagefius et Vogelius; fed, cum inter morbos acutos et chronicos limites accuratos ponere ubique difficile fit, et cum Eclampfia Sauvagefii, tum caufis tum phaenomenis plerumque cum Epilepfia exacte congruat, illam genere ab Epilepfia diverfam effe nequaquam habere poffum. Ejufmodi genus prorfus omifit Linnæus et quæ plura ad Eclampfiam ab Epilepfia diftinguendam protulit Sagarus, fpeciem tantum, non genus, diftinguere poffunt.

† Epilepfia, apud Sauvagefium cachectica dicta, revera duarum fpecierum effe videtur. Primo enim hanc cachecticam cum ferofa Hoffmanni et Pifonis eandem effe auctor ftatuit; deinceps, utpote acri repulfo orta, eadem effe cum fpecie fua undecima, nimirum Exanthematica, ftatui poteft. Hinc eft quod hanc epilepfiam cachecticam utroque loco pofui, fed dubius, et aliis dijudicandum relinquens.

EPILESIA. (52)

3. Epilepſia (*occaſionalis*) ab irritatione manifeſta oriens, et ablata irritatione ceſſans.

Variat pro diverſitate irritamenti, et hinc

a. Ab injuria capiti illata.
Epilepſia traumatica, S. ſp. 13.
Eclampſia traumatica, ſp. 9.

b. A dolore.
Epilepſia a dolore, S. ſp. 10. Ed. Eſſ. V. 61.
——— rachialgica, ſp. 14.
Eclampſia a doloribus, ſp. 4.
a. Rachialgica.
b. Ab otalgia.
c. A dentitione.
Eclampſia parturientium, ſp. 3.

c. A vermibus.
Eclampſia verminoſa, S. ſp. 2.

d. A veneno.
Eclampſia ab atropa, S. ſp. 11. ab oenanthe, ſp. 12. a cicuta, ſp. 13. a coriaria, ſp. 14.

e. A ſcabie, vel alia acris humoris effuſione, retropulſa.
Epilepſia exanthematica, S. ſp. 11.
——— cachectica, ſp. 2.

f. A cruditate ventriculi.
Epilepſia ſtomachica, S. ſp. 3.
Eclampſia a ſaburra, ſp. 5.

g. A pathemate mentis.
Epilepſia a pathemate, S. ſp. 7.

h. Ab hæmorrhagia nimia.
Eclampſia ab inanitione, S. ſp. 8.

i. A debilitate.
Eclampſia neophytorum, S. ſp. 15.

** *Symptomaticæ*.

Epilepſia febricoſa, S. ſp. 9. Eclampſia febricoſa, ſp. 17. exanthematica, ſp. 10. Epilepſia uterina, ſp. 4. ſyphilitica, ſp. 12. Eclampſia ab hydrocephalo, ſp. 16. ab iſchuria, ſp. 6.

§. II. *In functionibus vitalibus*.

* In actione cordis.

PALPITATIO. (53)

Motus cordis vehemens, abnormis.

Palpitatio

PALPITATIO. (53)

Palpitatio, S. gen. 130. Lin. 132. Vog. 213. Sag. 257. Hoffm. iii. 83. Junck. 33. Macb. 569.

Si palpitationis caufae variae externis dignofci poffent, plures ejus fpecies cum Sauvagefio pro diverfitate caufae ftatuere potuiffemus; fed, cum caufae diverfae nullo modo, quantum novimus, diftingui queant, non nifi fpeciem unicam idiopathicam ftatuere poffum, et quam charactere fequenti infigniri vellem.

Palpitatio (*cardiaca*) fere conftans, faltem fæpe rediens, fine alio morbo evidente.

Pro fynonymis fequentes Sauvagefii fpecies recenfere placet.

Palpitatio ab aneuryfmate cordis, fp. 1. Senac, Mal. de coeur. p. 284. Lancifi de aneuryfm.
——— tremula, fp. 4. Senac de coeur, p. 504.
——— apoftematofa, fp. 7. Lancifi de aneuryfmate, lib. 1. prop. 5. Senac de coeur, 485.
——— a corde offificato, S. fp. 2. Senac de coeur, p. 484. Morgagn. de fed. Ep. xxiv. 17.
——— calculofa, fp. 3.
——— a polypo, fp. 5. Senac de coeur, lib. iv. cap. 16. p. 484. polypofa, fp. 6.
——— ex aortae aneuryfmate, fp. 8.
——— ex aortae anguftia, fp. 9. Lancifi de aneuryfm. prop. 53. Senac, 484.

Palpitationis fpecies fymptomaticae funt,

Palpitatio a pancreate, S. fp. 10. Storck, Ann. med. i. p. 245.
——— arthritica. fp. 11.
——— chlorotica fp. 12.
——— hyfterica, fp. 13.
——— melancholica, fp. 14. Lancifi de aneuryf. prop. 44.
——— febricofa, fp. 15. Storck, Ann. med. 1. p. 75.

** In actione pulmonum.

ASTHMA. (4)

Spirandi difficultas per intervalla fubiens; cum anguftiae in pectore fenfu, et refpiratione cum fibilo ftrepente; tuffis fub initio paroxyfmi difficilis, vel nulla, verfus finem libera, cum fputo muci fæpe copiofo.

ASTHMA. (54)

Aſthma, S. gen. 145. Lin. 161. Vog. 268. Sag. 252.
Aſthma convulſivum et ſpaſmodico-flatulentum. Hoffm. iii. 94.
Aſthma ſpaſticum, Junck. tab. 51.

* *Idiopathicae.*

1. Aſthma (*ſpontaneum*) ſine cauſa manifeſta, vel alio morbo comitante.
Aſthma humidum, S. ſp. 1. flatulentum, Floyer on the aſthma, chap. 1.
Aſthma convulſivum, ſp. 2. Willis, Pharm. rat. p. 2. ſect. 1. cap. 12. Med. Tr. i. 7.
Aſthma hyſtericum, ſp. 3. Floyer on the aſthma, chap. 1.
Aſthma ſtomachicum, ſp. 8. Floyer, ſcheme of the ſpecies of aſthma. Periodic aſthma, 6.
Orthopnœa ſpaſmodica, ſp. 3.
Orthopnœa hyſterica, ſp. 4.

2. Aſthma (*exanthematicum*) a ſcabie vel alia acris effuſione retropulſa.
Aſthma exanthematicum, S. ſp. 11.
——— cachecticum, ſp. 13.

3. Aſthma (*plethoricum*) a ſuppreſſa evacuatione ſanguinis antea ſolita, vel a plethora ſpontanea.
Aſthma plethoricum, S. ſp. 15.

** *Symptomaticae.*

Aſthma hypochondriacum, ſp. 4.
——— arthriticum, ſp. 5.
——— venereum, ſp. 14. Junck. tab. 32.

DYSPNOEA. (55)

Spirandi difficultas perpetua, ſine anguſtiae, et potius cum repletionis et infarctus in pectore, ſenſu. Tuſſis per totum morbi decurſum frequens.

Dyſpnœa, S. gen. 144. Lin. 160. Vog. 267. Sag. 251. Junck. 32.
Orthopnoea, S. gen. 146. Lin. 162. Vog. 269. Sag. 253. Macb. 574.

* *Idiopathicæ.*

1. Dyſpnœa (*catarrhalis*) cum tuſſi frequente, mucum viſcidum copioſum ejiciente.
Aſthma catarrhale, S. ſp. 16.
——— pneumonicum, Willis, Pharm. rat. P. ii. ſect. 1. cap. 12.

Aſthma

DYSPNOEA. (55)

Afthma pituitofum, Hoffm. iii. fect. ii. cap. 2. § 3.
——— pneumodes, fp. 17. Ed. Eff. iii. 25.

2. Dyfpnœa (*ficca*) cum tuffi plerumque ficca.

Hujus caufae variae haud facile dignofcendae funt; fequentes autem Sauvagefii fpecies huc referri poffunt.

Dyfpnœa a tuberculis, S. fp. 2. a fteatomatis, fp. 5. Orthopnœa a lipomate, fp. 18. Dyfpnœa, a hydatibus, fp. 4. polypofa, fp. 20.

3. Dyfpnœa (*aërea*) a minima quavis tempeftatum mutatione aucta.

Dyfpnœa a pneumatia, S. fp. 12.

4. Dyfpnœa (*terrea*) cum tuffi materiem terream vel calculofam ejiciente.

Dyfpnœa calculofa, Macb. 574.

5. Dyfpnœa (*aquofa*) cum urina parca et oedemate pedum, fine fluctuatione in pectore, vel aliis characterifticis hydrothoracis fignis.

Dyfpnœa pituitofa, S. fp. 1.
Orthopnœa ab hydropneumonia, fp. 12.

6. Dyfpnœa (*pinguedinofa*) in hominibus valde obefis.

Orthopnœa a pinguedine, S. fp. 6.

7. Dyfpnœa (*thoracica*) a partibus thoracem cingentibus læfis, vel male conformatis.

Dyfpnœa traumatica, S. fp. 15. Orthopnœa traumatica, fp. 14. Dyfpnœa Galenica, fp. 16. rachitica, fp. 10. Afthma a gibbo, fp. 9.

8. Dyfpnœa (*extrinfeca*) a caufis externis manifeftis.

Afthma pulverulentorum, S. fp. 7. metallicum, fp. 12. Orthopnœa a vaporibus, fp. 16. a deglutitis, fp. 9. a fungis, fp. 25. ab antipathia, fp. 15. a bronchocele, fp. 10.

** *Symptomaticae*

1. Morborum cordis vel vaforum majorum.

Dyfpnœa a corde, S. fp. 11. Afthma a polypo cordis, fp. 6. Orthopnœa cardiaca, fp. 2. polypofa, fp. 26. Dyfpnœa aneuryfmatica, fp. 19. Orthopnœa ab aneuryfmate, fp. 8. Dyfpnœa ab aortae anguftia, fp. 22.

2. Tumoris abdominalis,

Dyfpnœa a phyfconia, S. fp. 7. a graviditate, fp. 8. tympanitica, fp. 9. a liene fp. 14. a ftomacho, fp. 13.

DYSPNOEA. (55)

ſp. 13. a gaſtrocele, ſp. 17. Orthopnœa a gaſtrocele, ſp. 11.

3. Variorum morborum.

Aſthma febricoſum, S. ſp. 18. Orthopnoea febricoſa, ſp. 20. peripneumonica, ſp. 1. pſeudoperipneumonica, ſp. 21. varioloſa, ſp. 24. Dyſpnoea ſcorbutica, ſp. 18. Orthopnoea ſcorbutica, ſp. 22. a hydrothorace, ſp. 5. ab empyemate, ſp. 13. a vomica ſp. 7. Dyſpnoea a vomica, ſp. 6. Orthopnoea a hydrocephalo, ſp. 23. a vermibus, ſp. 17.

PERTUSSIS. (56)

Morbus contagioſus; tuſſis convulſiva, ſtrangulans, cum inſpiratione ſonora, iterata; ſæpe vomitus.

Pertuſſis Sydenham. Ed. Leid. p. 200. 311. 312. Huxham de aëre, ad ann. 1732. Lond. Med. Obſ. iii. 27. 30. Soc. Royale iii. hiſt. p. 268.
Tuſſis convulſiva, ſive ferina, Hoffm. iii. 111.
Tuſſis ferina, ſp. 10. Sag. ſp. 10.
Tuſſis convulſiva, ſp. 11. Sag. ſp. 11.
Amphimerina tuſſiculoſa, ſp. 13.

§ III. *In functionibus naturalibus.*

PYROSIS. (57)

Epigaſtrii dolor urens, cum copia humoris aquei, plerumque inſipidi, aliquando acris eructata.

Pyroſis, S. gen. 200. Sag. gen. 158.
Soda, Lin. 47. Vog. 154.
Scotis, the *Water-Braſh.*

Species unica vera,

Pyroſis Suecica, S. ſp. 4.
Cardialgia ſputatoria, ſp. 5. Macb. p. 515.

Cæteræ Sauvageſii ſpecies ſymptomaticae ſunt;

Pyroſis vulgaris, S. ſp. 1. a conceptione, ſp. 6. bilioſa, ſp. 2. a phlogoſi, ſp. 3. ulceroſa, ſp. 5.

COLICA. (58)

Dolor abdominis, praecipue circa umbilicum torquens; vomitus; alvus adſtricta.

Colica, S. gen. 204. Lin. 50. Vog. 160. Sag. 162. Junck. 106.
Colica ſpaſmodica et flatulenta, Hoffm. ii. 284. Macb. p. 519.

Rachialgia,

COLICA (58)

Rachialgia, S. gen. 211. Sag. 168.
Ileus, S. gen. 252. Vog. 162. Sag. 187.
Iliaca, Lin. 185.
Dolor et ſpaſmus iliacus, Hoffm. ii. 263.
Paſſio iliaca, Junck. 107.

* *Idiopathicae.*

1. Colica (*ſpaſmodica*) cum retractione umbilici et ſpaſmis muſculorum abdominalium.

Colica ſpaſmodica, S. ſp. 7. flatulenta, ſp. 1. Ileus phyſodes, ſp. 9. Colica bilioſa, ſp. 5*. Edin. Med. Eſſ. iii. 27. Colica pituitoſa, ſp. 2†. Ileus a colo pituita infarcto, ſp. 5. Indicus, ſp. 8.

Variat ſymptomatis ſuperadditis; hinc,

a. Colica cum vomitu ſtercoris, vel rerum per anum injectarum.

Ileus ſpaſmodicus, S. ſp. 3‡. Lond. Med. Obſ. IV. 17. Edinb. Phyſ. Eſſ. II. 27. 28.
Ileus volvulus, S. ſp. 7.

b. Colica cum inflammatione ſuperveniente.

Ileus inflammatorius, S. ſp. 1.
Colica phlogiſtica, ſp. 6.

2. Colica (*pictonum*) praeeunte ponderis vel moleſtiae in abdomine, praecipue circa umbilicum, ſenſu; accedente dolore colico, primum levi, non continuo, et praecipue poſt paſtum aucto; tandem graviore et fere perpetuo; cum dolore brachiorum, et dorſi, in paralyſin demum abeunte.

Rachialgia

* Cum vomitus quivis vehemens et ſaepe repetitus bilem plerumque eliciat, colicam quam, ex vomitu bilis ſolo, bilioſam appellarunt medici, omnino ſpaſmodicam eſſe cenſeo.

† Pituita in parte quadam inteſtinorum congeſta non niſi a ſpaſmo obſtruente fieri videtur; ideoque tum colicam pituitoſam, tum ileum, a colo pituita infarcto, hic appoſui.

‡ Ileus gradu tantum, nequaquam natura, a colica differre mihi videtur; ideoque ileum pro varietate colicae tantum hic recenſui. Multi quidem medici ileum omnem inflammatorium eſſe putarunt. Dolorem autem abdominis, ſive colicam, cum vomitu ſtercoris ſine inflammatione adeſſe, ipſe aliquoties vidi. Sin autem inflammatio aliquando adſit, ſi eadem colicae ſupervenerit, colicam phlogiſticam dari recte monuit Sauvageſius; nec ideo epigenomeno genus mutari; et ſi quidem cum dolore abdominis et vomitu ab initio adfuerit inflammatio, morbum pro enteritide habere vellem. Denique, quovis modo dari ileum genus a colica diverſum concedere non poſſum.

COLICA. (58)

Rachialgia pictonum. S. ſp. 1*.
Colica pictonum Citeſii et ſuccedentium Auctorum. Med. Tranſ. i. 12. 13. 14. 15. 20. Edinb. Phyſ. Eſſ. i. 22. Chalmers's Carolina, p. 187.
Colica nervoſa, Macb. p. 524.

Variat ratione cauſae remotae; et hinc

a. A veneno metallico.
Rachialgia metallica, S. ſp. 3.
Colica pictonum Tronchin. ſp. 2. ſive a cauſa remota 2da.

b. Ab acidis ingeſtis.
Rachialgia pictonum, S. ſp. 1. Tronchin. ſp. 3.

c. A frigore.
Rachialgia ab adiapneuſtio, Tronchin. ſp. 5.

d. A contuſione dorſi.
Rachialgia traumatica, S. ſp. 7.

3. Colica (*stercorea*) in hominibus alvi tardae, poſt diuturnam alvi obſtipationem.
Colica ſtercorea, S. ſp. 3.
Ileus a faecibus induratis, S. ſp. 2.

4. Colica (*accidentalis*) a materie acri ingeſta.
Colica accidentalis, S. ſp. 18. Colica Japonica, ſp. 10. Colica lactentium, ſp. 20. Ileus a veneno, ſp. 14. Cholera ſicca auriginoſa a fungis venenatis, ſp. 2.

5. Colica (*meconialis*) neophytorum a meconio retento.
Colica meconialis, S. ſp. 19.

6. Colica (*calloſa*) cum ſenſu in quadam inteſtinorum parte ſtricturae, et ſaepe ante eam collecti flatus cum aliquo dolore, qui flatus etiam per eandem paulatim tranſiens evaneſcit; alvo tarda, et tandem non niſi faeces paucas liquidas egerente.
Ileus a calloſa coli ſtrictura, S. ſp. 11. Edin. Med. Eſſ. iv. 31.

7. Colica

* Rachialgiam a colica genere diverſam eſſe nequaquam video. Symptomata enim colicae eſſentialia in utroque morbo ſemper adſunt; et ſi forte alteri quaedam ſuperaddita ſint, haec ſpeciem non genus diverſum conſtituere poſſunt. Ut medici igitur nuperi fere omnes, ita ego quam rachialgiam appellarunt Aſtrucius et Sauvageſius, pro ſpecie colicae habui ac recenſui.

COLICA. (58)

7. Colica (*calculofa*) cum duritie in quadam parte abdominis fixa; calculis quondam per anum dejectis.

Colica calculofa, S fp. 15. Edinb. Med. Eff. i. 32. Edinb. Phyf. Eff. ii. 26.

Ileus calculofus, S. fp. 10.

** *Symptomaticæ.*

Colica febricofa, S. fp. 21. Rachialgia febricofa, fp. 2. Tronchin. fp. 1. Colica hyfterica, fp. 17. gravidarum, fp. 16. verminofa, fp. 4. Ileus verminofus, fp. 13. Colica Lapponica, fp. 9. Rachialgia arthritica, fp. 4. Tronchin. fp. 4. fcorbutica, fp. 6. Ileus herniofus, fp. 6. Colica enterocelica, fp. 22. Ileus ab inteftino compreffo, fp. 4. Colica fchirrofa, fp. 12. pancreatica, fp. 13. mefenterica, fp. 11. Rachialgia ab ofteofarcofi, fp. 8. Colica plethorica, fp. 8. *a.* haemorrhoidalis. *b.* catamenialis. Colica pulfatilis, fp. 14. Ileus imperforatorum, fp. 12.

CHOLERA. (59)

Humoris biliofi vomitus, ejufdem fimul dejectio frequens; anxietas; tormina; furarum fpafmata.

Cholera, S. gen. 253. Lin. 186. Vog. 110. Sag. G. 188. Hoffm. ii. 165.

Diarrhoea cholerica, Junck. 112.

* *Idiopathicae.*

1. Cholera (*fpontanea*) tempeftate calida, fine caufa manifefta oboriens.

Cholera fpontanea, S. fp. 1. Sydenh. fect. iv. cap. 2. Cleghorn's difeafes of Minorca.

Cholera Indica, fp. 7.

2. Cholera (*accidentalis*) a rebus acribus ingeftis.

Cholera crapulofa, S. fp. 11. a venenis foffilibus, fp. 4. a veneno animali, fp. 5.

** *Symptomaticae.*

Cholera intermittens, S. fp. 6. inflammatoria, fp. 8. arthritica, fp. 10. verminofa, fp. 9.

DIARRHŒA. (60)

Dejectio frequens; morbus non contagiofus; pyrexia nulla primaria.

Diarrhoea, S. gen. 253. Lin. 187. Vog. 105. Sag. 189. Junck. 112.

Hepatirrhoea, S. gen. 246.

Cholerica

DIARRHOEA. (60)

Cholerica, Lin. 190.
Coeliaca, S. gen. 255. Lin. 189. Vog. 109. Sag. 199.
Lienteria, S. gen. 256. Lin. 188. Vog. 108. Sag. 191.
Pituitaria, Vog. 111.
Leucorrhois, Vog. 112.
Lambſma ventris fluxus multiplex. Amſt. 1756.

** Idiopathicae.*

1. Diarrhoea (*crapuloſa*) qua ſtercora naturalibus liquidiora et majori copia dejiciuntur.
   Diarrhoea ſtercoroſa, S. ſp. 1. vulgaris, ſp. 2.
2. Diarrhoea (*biliosa*) qua faeces flavae magna copia dejiciuntur.
   Diarrhoea bilioſa, S. ſp. 8.
3. Diarrhoea (*mucoſa*) qua vel ab acribus ingeſtis, vel a frigore, praecipue pedibus applicato, mucus copioſus dejicitur.
   Diarrhoea lactentium, S. ſp. 19. Dyſenteria Pariſiaca, ſp. 3. Diarrhoea ab hypercatharſi, ſp. 16. Dyſenteria a catharticis, ſp. 12. Pituitaria, Vog. 111. Leucorrhois, Vog. 112. Diarrhoea pituitoſa, ſp. 4. Coeliaca mucoſa, ſp. 3. Diarrhoea ſeroſa, ſp. 10. 2. Diarrhoea urinoſa.
4. Diarrhoea (*coeliaca*) qua humor lacteus ſpecie chyli dejicitur.
   Coeliaca chyloſa, S. ſp. 1. lactea, ſp. 4.
5. Diarrhoea (*lienteria*) qua ingeſta parum mutata celeriter dejiciuntur.
   Lienteria ſpontanea, S. ſp. 2.
6. Diarrhoea (*hepatirrhoea*) qua materies ſeroſo-cruenta, ſine dolore dejicitur.
   Hepatirrhoea inteſtinalis, S. ſp. 2.

*** Symptomaticae.*

Diarrhoea febrilis, S. ſp. 3. febricoſa, ſp. 20. Hepatirrhoea intermittens, ſp. 7. Diarrhoea varioloſa, ſp. 6. pleuriticorum, ſp. 21. arthritica, ſp. 9. colliquativa, ſp. 13. cholerìodes, ſp. 17. Hepatirrhoea vera, ſp. 1. a vulnere, ſp. 3. meſenterica, ſp. 4. Dyſenteria a meſenterii vomica, ſp. 11. Diarrhoea purulenta, ſp. 11. Coeliaca purulenta, ſp. 2. Hepatirrhoea ſcorbutica, ſp. 5. Dyſenteria

DIARRHOEA. (60)

Dysenteria scorbutica, sp. 18. Lienteria scorbutica, sp. 3. ex ulcere ventriculi, sp. 1. aphthosa, sp. 4. secundaria, sp. 5. Diarrhoea verminosa, sp. 14. a dentitione, sp. 15. chiliensis, sp. 12. acrasia, sp. 7.

DIABETES. (61)

Urinae plerumque praeternaturalis, copia immodica, profusio chronica.

Diabetes, S. gen. 263. Lin. 197. Vog. 115. Sag. 199. Junck. 99. Dobson, Lond. Med. Observations, Vol. v. Art. 27. Home's Clinical Experiments, sect. xvi.

Dieuresis, Vog. 114.

* *Idiopathicae.*

1. Diabetes (*mellitus*) cum urina odoris, coloris, et saporis mellei.

Diabetes Anglicus, S. sp. 2. Mead on poisons. Essay 1. Ejusdem Monita Med. Cap. IX. sect. 2. Lond. Med. Obs. iii. 26. Dobson, in Lond. Med. Obs. Vol. v. Art. 27. Myers, Diss. inaug. de Diabete, Edinb. 1779.

Diabetes febricosus, S. sp. 7. Sydenh. Epist. resp. ad R. Brady*.

2. Diabetes (*insipidus*) cum urina limpida non dulci†.

Pp M. Lister

* Quaeri potest, an diabetes febricosus Sydenhami ad diabetem mellitum, an ad insipidum referri debeat? Et simul quaeri potest, an urina in diabete hysterico vel arthritico sit mellita, an insipida, cum Sydenhamus ipse nullibi de sapore urinae, in diabete quovis, quicquid dixerit? Ad posterius respondere possum, quod, ex propria observatione, novi, urinam in diabete hysterico et arthritico nequaquam dulcem, et fere prorsus insipidam, esse, et diabetem febricosum Sydenhami ad diabetem mellitum ideo retuli; quod in simili senis, post diuturnam febrem, diabete, urinam omnino dulcem inveni.

† An hujusmodi diabetis species sit frequens, incertum est. In omnibus exemplis, iisque non paucis, quae viderat Willisius, urinam mellitam semper invenit; et observationes nuperae frequentes fere omnes ejusmodi urinam exhibuerunt; ita ut dubium sit, an alia diabetis idiopathicae et permanentis species revera detur.—Affirmat autem Listerus; et ego ipse inter plures mellitas unicam insipidam observavi. Ejusmodi itaque speciem dari concedo, ideoque recensui; sed, an recte legitima dici queat, vel an diabetes Aretæi et plurium auctorum ejusmodi fuissent, multum dubito. Ante Willisium quidem, vel prioris aevi, vel extra Angliam, medicorum nemo urinam dulcem annotaverat; sed ejusmodi urinam temporibus Willisii primo et in Anglia tantum comparuisse, minus verisimile est; omnesque ante Willisium de urina in diabete dulci prorsus siluisse, potius observationi perfunctoriae, vel omnino neglectæ, imputarem. Quod observatores, quibus diabetis exempla antea occurrebant, vel negligentes vel malae fidei fuissent suspicor; cum plurimi eorum tam incredibilia, de potu in diabeticis per renes transeunte prorsus

DIABETES. (61)

M. Lifter Exerc. medicin. ii. de Diabete.
Diabetes legitimus, S. fp. 1. Aretaeus de Morb. diuturn. Lib. ii. cap. 2.
Diabetes ex vino, S. fp. 5. Ephem. Germ. D. i. A. ii. Obf. 122.

** *Symptomaticæ.*

Diabetes hyftericus, S. fp. 3. Sydenh. diff. epift. ad G. Cole.
Diabetes arthriticus, S. fp. 6. Sydenh. de podagra.
Diabetes artificialis, S. fp. 4. Malpigh. de liene.

HYSTERIA. (62)

Ventris murmura; fenfus globi in abdomine fe volventis, ad ventriculum et fauces afcendentis, ibique ftrangulantis; fopor; convulfiones; urinae limpidae copia profufa; animus, nec fponte, varius et mutabilis*.

Hyfteria, S. gen. 135. Lin. 126. Vog. 219. Sag. 242.
Malum hyftericum, Hoffm. iii. 50. Junck. 36.
Affectio hyfterica, Willis de morb. convulfiv. cap. 5. 10. 11. Sydenh. diff. epift. ad G. Gole. Whytt on nervous diforders.

Quatenus fpecie differat hyfteria idiopathica, dicere non poffum, nec, ut opinor, recte dixit Sauvagefius. Species enim ab eo recenfitae non, nifi ratione caufae remotae, varietates effe mihi videntur. Ita habet,

a. Ab emanfione menfium,
Hyfteria chlorotica, S. fp. 2. Raulin, cap. 13.

b. A menorrhagia cruenta.
Hyfteria a menorrhagia, S. fp. 3. Raulin. Sydenham, diff. epift. ad G. Cole.

c. A menorrhagia ferofa, five fluore albo.

Hyfteria

prorfus immutato, narrant. SYDENHAMUM autem ipfum, adeo perfpicacem et diligentem, de ftatu urinae nihil monuiffe, mirum videtur; fed, cum fcripta WILLISII, SYDENHAMO fatis nota, urinam femper effe dulcem afferuerint, fi diverfam inveniffet SYDENHAMUS, quin id indicaffet, nullus dubito.

* Novit quifque, in Nofologia et in Medicina facienda quadantenus exercitatus, quam difficile fit inter dyfpepfiam, hypochondriafin, et hyfteriam femper accurate diftinguere. Genera autem vera, et fatis a fe invicem diftincta, indicaffe mihi videor: Recte autem, an fecus, fecerim, aliis dijudicandum relinquo. Morbos affines facile inter fe mifceri probe novi; et in quocunque cafu, quifnam eorum pro primario fit habendus, per characteres nofologicos indicare, mihi difficillimum fore agnofco. Pofteri, ut fpero, hanc rem luculentius expofitam dabunt.

HYSTERIA. (62)

Hyſteria a leucorrhoea, S. ſp. 4. Raulin, cap. 14.

d. A viſcerum obſtructione.

Hyſteria emphractica, S. ſp. 5. Raulin, cap. 5.

e. A vitio ſtomachi.

Hyſteria ſtomachica, S. ſp. 7. Raulin, cap. 4.

f. A ſalacitate nimia.

Hyſteria libidinoſa, S. ſp. 6*.

Manifeſto ſymptomaticae ſunt,

Hyſteria verminoſa, S. ſp. 1. Delii Amoenit. Academ.

Hyſteria febricoſa, S. ſp. 8. Wedel. in Ephem. German. D. I. A. II. Obſ. 193.

HYDROPHOBIA. (63)

Potionis cujuslibet, utpote convulſionem pharyngis dolentem cientis, faſtidium et horror; plerumque e morſu animalis rabidi.

Hydrophobia, S. gen. 231. Lin. 86. Vog. 30. Sag. 343. Boerh. 1138. Junck. 124. Mead on poiſons. Deſault ſur la rage. Sauvages diſſ. ſur la rage. James on canine madneſs. Dalby, Virtues of cinnaber and muſk againſt the bite of a mad dog. Nugent on the hydrophobia. Choiſel, Nouvelle methode pour le traitement de la rage. Journal de Medicine, paſſim. Lond. Med. Obſ. and Inquir. Vol. iii. Art. 34. Vol. v. Art. 19. 26. and App. Lond. Med. Tranſ. Vol. ii. Art. 5. 12. and 15. Edinb. Med. Eſſ. v. Art. 51. Heyſham, Diſſ. inaug. de rab. canin. Edinb. 1777. Parry, Diſſ. inaug. de rab. contagioſ. ſive canin. Edinb. 1778. Soc. Royale I. Mem. p. 105, 146. Andry, Recherches ſur la rage, 1780. Soc. Royale ii. Hiſt. p. 229. 230. 456. iii. Hiſt. p. 167. Vaughan, Caſes of hydrophobia, ſecond edit. 1778.

1. Hydrophobia (*rabioſa*) cum mordendi cupiditate ex morſu animalis rabidi.

Hydrophobia vulgaris, S. ſp. 1.

Hydrophobia

* In ſpeciebus hyſteriae recenſendis, egregius Sauvageſius Raulinum, theoriae ſubtili et fallaci, potius quam obſervationi, innitentem, ſecutus fuiſſe videtur. Nec quidem inter caeteras hyſteriae ſpecies indicaſſe videtur Sauvageſius, illam quam maxime exquiſitam et frequentiſſimam, cenſeo, illam, ſcilicet, quae foeminas adultas, laute viventes, ſanguineas, plethoricas, valentiores, et a morbo alio quovis immunes, ſæpe ex pathemate mentis ſolo adoritur.

HYDROPHOBIA. (63)

2. Hydrophobia (*simplex*) sine rabie, vel mordendi cupiditate.

Hydrophobia spontanea, S. sp. 2. Edinb. Med. Ess. i. 29.

ORDO. IV. VESANIÆ*.

Mentis † judicantis functiones laesae sine pyrexia vel comate.

Paranoiae, Vog. cl. ix.
Deliria, S. cl. viii. ord. iii. Sag. cl. xi. ord. iii.
Ideales, Lin. cl. v. ord. i.

AMENTIA. (64)

Mentis judicantis imbecillitas, qua homines rerum relationes, vel non percipiunt, vel non reminiscuntur.

Amentia, S. gen. 233. Vog. 337. Sag. 346.
Morosis, Lin. 106.
Stupiditas, morosis, fatuitas, Vog. 336.
Amnesia‡, S. gen. 237. Sag. 347.

Oblivio,

* Vesaniarum ordinem hic instituere velim, quae cum classe Vogelii nona, Paranoiae inscripta, eadem omnino sit; sed a classe Vesaniarum Sauvagesii et Sagari in eo diversa, quod horum auctorum ordines Hallucinationum et Morositatum prorsus excludat; itidemque a classe Mentalium apud Linnæum diversa, quod hujus auctoris ordines Imaginariorum et Patheticorum etiam omittat.

A classe Vesaniarum autem tum Hallucinationes tum Morositates exclusas esse velim; quia neque causis, neque symptomatis cum Vesaniis stricte dictis ullo modo congruant. Quis enim Syrigmum vel Bulimiam, vel aliam Hallucinationem sive Morositatem, quae a mentis judicio non pendeat Vesaniam appellare vellet? Verum quidem est, tum hallucinationes, tum morositates, cum vesaniis aliquando conjunctas esse, sed simul adsunt alia vesaniae indicia, quae ejusmodi hallucinationes et morositates affectionis magis generalis symptomata tantum esse ostendunt. Ob has rationes, hallucinationes Sauvagesii et imaginarios Linnæi ad morbos locales olim detuli; et nunc morositates Sauvagesii et patheticos Linnæi, antea a nobis omnino omissos, ad locales etiam deferendos esse censui.

† In priore Nosologiae nostrae editione, has functiones simpliciter mentis esse dixi, minus autem recte; nam perceptio falsa sive hallucinatio, et appetitus erroneus sive morositas, quodammodo ad mentis functiones pertinent; cum vero utrasque ab hac classe exclusas esse velim, oportebat classis characterem nunc mutare, et mentis judicantis functiones dicere.

‡ Amnesiam cum amentia ad unum genus retuli, tum quia plerumque conjungantur, tum quia ab iisdem causis plerumque oriantur, et amnesia ingravescens ad amentiam semper ducat.

AMENTIA. (64)

Oblivio, Lin. 107. Vog. 338.
Memoriae debilitas, Junck. 120.

1. Amentia (*congenita*) a nativitate conſtans.
Amentia moroſis, S. ſp. 8. microcephala, ſp. 6.

2. Amentia (*ſenilis*) ex perceptione et memoria, ingraveſcente aetate, imminutis.
Amentia ſenilis, S. ſp. 1. Amneſia ſenilis, ſp. 2.

3. Amentia (*acquiſita*) a cauſis externis, evidentibus, in hominibus ſanae mentis ſuperveniens.
Amneſia febriſequa, S. ſp. 8. Amentia a quartana, ſp. 11. Amneſia cephalalgica, ſp. 6. plethorica, ſp. 4. Amentia rachialgica, ſp. 10. Amneſia a venere, ſp. 1. a pathemate, ſp. 5. Amentia a venenis, ſp. 3. a temulentia, ſp. 7. Amentia ab ictu, ſp. 9. Amneſia traumatica, ſp. 3.

Sequentes Sauvageſii ſpecies in Noſologia methodica nequaquam recenſeri debent, cum cauſae internae a quibus characteres deſumuntur, per ſigna externa nequaquam dignoſci poſſint.
Amentia ſeroſa, S. ſp. 2. a tumore, ſp. 4. a hydatidibus, ſp. 5. a ſiccitate, ſp. 7. calculoſa, ſp. 12.

MELANCHOLIA. (65)

Inſania* partialis ſine dyſpepſia†.

Melancholia, S. gen. 234. Lin. 71. Vog. 332. Sag. 347. Boerh. 1089. Junck. 121.
Daemonomania, S. gen. 236. Sag. 348.
Daemonia, Lin. 69.
Veſania, Lin. 70.
Panophobia, Lin. 75.
Athymia, Vog. 329.
Delirium melancholicum, Hoffm. iii. 251.
Erotomania, Lin. 82.

Noſtalgia,

* Inſaniam adeſſe dicimus, quando rerum relationes omnino falſae mente concipiuntur, ita ut hominis vel pathemata vel actiones praeter rationem excitentur.

† Hypochondriaſis et Melancholia non ſemper diſtingui poſſunt. Si quando autem poſſint, nullo alio ſigno quam per dyſpepſiam in hypochondriaſi ſemper praeſentem, in melancholia ſaepe abſentem rite, quantum video, diſtinguendi ſunt.

MELANCHOLIA. (65)

Noſtalgia, S. gen. 226. Lin. 83. Sag. 338. Junck. 125.

Melancholia nervea, Cl. Lorry de melancholia, P. i.

Variat pro varietate rerum de quibus homo delirat. Ita eſt

a. Cum hallucinatione de ſtatu corporis ſui a levibus cauſis periculoſo; vel de ſtatu rerum ſuarum triſti metuendo.

Melancholia vulgaris, S. ſp. 1. argantis, ſp. 4. Panophobia phrontis, ſp. 3.

b. Cum hallucinatione de ſtatu rerum ſuarum jucundo.

Melancholia moria, S. ſp. 5. enthuſiaſtica, ſp. 13. ſaltans, ſp. 8.

c. Cum amore vehementi ſine ſatyriaſi vel nymphomania.

Melancholia amatoria, S. ſp. 2.
Erotomania, Lin. 82.

d. Cum ſuperſtitioſo futurorum metu.

Melancholia religioſa, S. ſp. 3.

e. Cum averſatione motus et omnium vitae officiorum.

Melancholia atonita, S. ſp. 6.

f. Cum inquietudine et ſtatus cujuſvis impatientia.

Melancholia errabunda, S. ſp. 7.

g. Cum taedio vitae.

Melancholia Anglica *, S. ſp. 11. phrontis, ſp. 14.

h. Cum hallucinatione de ſua ſpeciei natura.

Melancholia zoantropica, S. ſp. 12. hippantropica, ſp. 9. ſcytharum, ſp. 10.

Dæmonomaniam nullam veram eſſe cenſeo †, et noſtra ſententia ſpecies ſub hoc titulo a Sauvageſio recenſitae ſunt, vel,

1. Species melancholiae ſive maniae, uti

Daemonomania fanatica, S. ſp. 5. Indica, ſp. 7.

Vel,

* Apud Anglos fortaſſis taedium vitae non ſemper a morbo pendet.

* Ita cenſeo, quia daemonum in noſtra corpora, vel hiſce temporibus in mentes noſtras, potentiam ullam eſſe pauci jam credunt.

MELANCHOLIA. (65)

Vel, 2do, Morbi ab adſtantibus ad daemonum potentiam falſo relati, uti

Daemonomania a vermibus, S. ſp. 4. Polonica, ſp. 8. a cardiogmo, ſp. 9.

Vel, 3tio, Morbi omnino ſimulati, uti

Daemonomania ſagarum, S. ſp. 1. vampiriſmus, ſp. 2. ſimulata, ſp. 3.

Vel, 4to, Morbi partim veri, ut No. 2. partim ſimulati, ut 3tio, recenſiti, uti

Daemonomania hyſterica, S. ſp. 6.

MANIA. (66)

Inſania univerſalis.

Mania, S. gen. 235. Lin. 68. Vog. 331. Sag. 349. Boerh. 1118. Junck. 122. Battie on madneſs.

Paraphroſyne, Lin. 66.

Amentia, Lin. 67.

Delirium maniacum, Hoffm. iii. 251.

1. Mania (*mentalis*) omnino a pathemate mentis.

Mania a pathemate, S. ſp. 1. Exempla inveniuntur ex melancholia apud Preyſingerum de diagnoſi morborum capitis; ex terrore, apud Locherum de mania; ex amore apud Ephem. Nat. Cur. Dec. ii. A. X. Obſ. 126.; ex ira apud Hoffm. iii. p. 263.

2. Mania (*corporea*) a vitio corporis evidente.

Variat pro varietate vitii corporis; hinc

Mania metaſtatica, S. ſp. 4.

ab ulcere ſiccato Amat. Luſitan. Cent. ii. cur. 67.

a reſecta plica, Hoffm. tom. iii. p. 263. Ephem. N. Cur. Cent. i. Obſ. 35.

a repreſſo herpete, Locher de mania.

a menſtruis retentis, Schenck. Obſ. p. 142.

a ſemine retento, Schenck. ibid.

a repreſſa ſcabie, Lorry de melancholia, tom. ii. P. ii. cap. 3.

a graviditate, Lorry, P. i. cap. 7.

a parciori lactis et lochiorum fluxu, Puzos, 3. Mem.

Mania lactea, S. ſp. 2. hyſteralgica, ſp. 8. ab hemicrania, ſp. 3. a venenis, ſp. 5. Phrenitis inanitorum, ſp. 16.

3. Mania

MANIA. (66)

3. Mania (*obſcura*) praegreſſo nullo vel pathemate mentis, vel vitio corporis evidente.

Mania vulgaris, S. ſp. 7. Phrenitis apyreta, ſp. 10. Mania periodica, ſp. 6.

Maniae ſpecies ſymptomaticae ſunt,

Paraphroſyne, S. gen. 232. Sag. 345.

a. Paraphroſyne a venenis,

Paraphroſyne temulenta, S. ſp. 1. a datura, ſp. 2. ab opio, ſp. 3. a conio, ſp. 4. magica, ſp. 5.

b. Paraphroſyne a pathemate, S. ſp. 7.

Paraphroſyne hyſterica, S. ſp. 12.

c. Paraphroſyne febrilis.

Delirium, Lin. 65. Vog. 330. Paraphroſyne febricoſa, S. ſp. 10. critica, ſp. 11. calentura, ſp. 9. puerperarum, ſp. 8.

ONEIRODYNIA. (67)

In ſomno imaginatio vehementior vel moleſta.

Somnium, Vog. 339.
Somnambuliſmus, S. gen. 221. Lin. 77. Sag. 333.
Hypnobataſis, Vog. 340.
Noctambulatio, Junck. 124.
Ephialtes, S. gen. 138. Lin. 163. Sag. 245.
Incubus, Vog. 211. Junck. 50.

1. Oneirodynia (*activa*) excitans ad ambulationem, et motus varios.

Somnambuliſmus vulgaris, S. ſp. 1.
———————— catalepticus, ſp. 2.

2. Oneirodynia (*gravans*) ex ſenſu ponderis alicujus incumbentis, et pectus praecipue comprimentis.

Ephialtes plethorica, S. ſp. 1. ſtomachica, ſp. 2. hypochondriaca, ſp. 6. tertianaria, ſp. 5. verminoſa, ſp. 4. ex hydrocephalo*, ſp. 3.

CLASSIS

* Cum hydrocephalus per ſigna externa non ſemper dignoſci poſſit, haec ſpecies minus apte recenſetur; ſed ideo appoſui, quod ephialtes in iis qui ſimul anaſarca crurum, et hydrothorace vel aſcite laborant, ad hydrocephalum utcunque referri poſſit.

CLASSIS. III. CACHEXIÆ.

Totius vel magnae partis corporis habitus depravatus; ſine pyrexia primaria vel neuroſi.

Cachexiae, Sauv. cl. x. Vog. cl. viii. Sag. cl. iii.
Deformes, Lin. cl. x.

ORDO I. MARCORES.

Corporis totius macies.

Macies, Sauv. cl. x. ord. i. Sag. cl. iii. ord. i.
Emaciantes, Lin. cl. x. ord. i.

TABES. (68)
Marcor; aſthenia; pyrexia hectica.
Tabes, S. gen. 275. Lin. 209. Vog. 309. Sag. 100.

1. Tabes (*purulenta*) ex ulcere externo vel interno, vel ex vomica.
Tabes a vomica, S. ſp. 15. ulceroſa, ſp. 12. apoſtematodes, ſp. 3.

Variat ſede; hinc
Tabes renalis, S. ſp. 2. hepatica, ſp. 8. a ſtomacho, ſp. 14. a pericardio, ſp. 7. catarrhalis,* ſp. 13.

2. Tabes (*ſcrophuloſa*) in corporibus ſcrophuloſis.
Tabes glandularis, S. ſp. 10. meſenterica, ſp. 9. Scrophula meſenterica, ſp. 4. Atrophia infantilis, ſp. 13. rachitica, ſp. 8. Tabes rachialgica, ſp. 16.

3. Tabes (*venenata*) a veneno ingeſto.
Tabes a veneno, S. ſp. 17.

Atrophia *febriſequa*, S. ſp. 16. ad tabem purulentam, vel ad genus atrophiae pertinet.

ATROPHIA. (69)
Marcor et aſthenia, ſine pyrexia † hectica.

 Atrophia

* Si cum catarrho diuturno adfuerit tabes, cum Pyrexia hectica, nihil dubitarem ejuſmodi tabem catarrhalem ad purulentam referre.

† Atrophia fortaſſis nunquam ſine Pyrexia, ſaltem ſine pulſu ſolito frequentiori

ATROPHIA. (69)

Atrophia, S. gen. 277. Lin. 210. Vog. 308. Sag. 102. Junck. 41.
Marafmus, Lin. 211.

1. Atrophia (*inanitorum*) ex evacuatione nimia.
Atrophia a ptyalifmo, S. fp. 7. a vomitu fp. 9. ab alvi fluxu, fp. 6. Tabes nutricum, fp. 4. Atrophia nutricum, fp. 5. a leucorrhoea, fp. 4. Tabes dorfalis,* fp. 1. fudatoria, fp. 6. a fanguifluxu, fp. 2. Sanguinis inopia, Ill. Lieutaud. fynopf. univ. med. vol. i. p. 52.

2. Atrophia (*famelicorum*) a nutrimento deficiente.
Atrophia lactentium, S. fp. 3.

3. Atrophia (*cacochymica*) a nutrimento corrupto.
Atrophia fcorbutica, S. fp. 12. Tabes fyphilitica, fp. 11. a hydrope, fp. 5.

4. Atrophia (*debilium*) a nutritionis functione depravata, praegreffa nulla vel evacuatione nimia, vel cacochymia.
Atrophia nervea, S. fp. 1. lateralis, fp. 15. fenilis, fp. 11.

ORDO II. INTUMESCENTIÆ.

Totum vel magna corporis pars extrorfum tumens.

Intumefcentiae, S. cl. x. ord. ii. Sag. cl. iii. ord. ii.
Tumidofi, Lin. cl. x. ord. ii.

§ I. *Adipofae.*

POLYSCARCIA. (70)

Corporis pinguedinofa intumefcentia molefta.

Polyfarcia, S. gen. 279. Lin. 213. Vog. 540. Sag. 106.
Steatites, Vog. 390.
Species unica,
Polyfarcia adipofa, Sauv. fp. 1. Lond. Med. obf. iii. 9. Vog. 21. 22. Med. Tranf. ii. 18.

§ II.

tiori, adeft; fed abfentia Pyrexiae hecticae, (pag. 235) fere femper atrophiam a tabe diftinguit

* An ad atrophiam inanitorum, an ad atrophiam debilium, pertinet tabes dorfalis, dubium mihi videtur, et ad pofteriorem referre mallem.

§ II. *Flatuosae.*

PNEUMATOSIS. (71)

Corporis intumescentia tensa, elastica, sub manu crepitans.

Pneumatosis, S. gen. 280. Vog. 391. Sag. 107.
Emphysema, S. gen. 13. Lin. 228. Vog. 392.
Leucophlegmatia, Lin. 214.
Combalusier, de flatulentis corporis humani affectibus.

1. Pneumatosis (*spontanea*) sine causa manifesta.
   Emphysema spontaneum S. sp. 1.
   Pneumatosis febrilis, S. species aliquot. Lond. Med. obs. vi. 19.

2. Pneumatosis (*traumatica*) a vulnere thoracis.
   Pneumatosis a vulnere, S. sp. 2. Lond. Med. obs. ii. 2. iii. 4. 35. 36. Cheston, chap. 1.
   Pneumatosis febrilis, S. species aliquot.

3. Pneumatosis (*venenata*) a veneno injecto vel applicato.
   Pneumatosis a veneno, S. sp. 1.

4. Pneumatosis (*hysterica*) cum hysteria.
   Pneumatosis hysterica, S. sp. 3.

TYMPANITES. (72)

Abdominis intumescentia tensa, elastica, sonora; alvus adstricta; cæterarum partium macies.

Tympanites, S. gen. 291. Lin. 219. Vog. 316. Sag. 118. Boerh. 226. Junck. 87.
Affectio tympanitica, Hoffm. iii. 339.
Meteorismus S. gen. 292.

1. Tympanites (*intestinalis*) cum tumore abdominis saepe inaequali, et cum rejectione aëris frequenti, tensionem et dolorem levante.
   Tympanites intestinalis, S. sp. 1. Edinb. Med. Ess. i. 31. enterophysodes, sp. 3. verminosus, sp. 7. spasmodicus, sp. 5. Meteorismus ventriculi, sp. 1. abdominis, sp. 2. hystericus, sp. 3. a manzilla, sp. 4.

2. Tympanites (*abdominalis*) cum resonitu evidentiore, tumore magis aequabili, et emissione flatuum rariori et minus levante.

Tympanites

Tympanites abdominalis, S. ſp. 2. aſciticus, ſp. 4. Aſcites flatulento-peritoneus, ſp. 28. Tympanites Stewartii, ſp. 6.

PHYSOMETRA. (73)

Tumor levis, elaſticus, in hypogaſtrio figuram et ſedem uteri referens.

Phyſometra, S. gen. 290. Sag. 117.
Hyſterophyſe, Vog. 317.

Species ſunt,

Phyſometra ſicca, S. ſp. 1.
Tympanites uteri ſicca, Aſtruc, ſur les malad. des femmes, l. ii. cap. 9.
Phyſometra humida, ſp. 2.
Tympanites uteri humida, Aſtruc, loc. cit.

§ III. *Aquoſæ, ſive Hydropes.*

ANASARCA. (74)

Corporis totius vel partis ejus intumeſcentia mollis, inelaſtica.

Anaſarca, S. gen. 281. Lin. 215. Vog. 313. Sag. 108. Boerh. 1225. Hoffm. iii. 322. Junck. 87. Monro on the dropſy, 1765. Milman, Animadverſiones de hydrope, 1779.
Phlegmaſia, S. gen. 282.
Angina aquoſa, Boerh. 791.

1. Anaſarca (*ſeroſa*) a retento ſero ob evacuationes ſolitas ſuppreſſas, vel ab aucto ſero ob ingeſtam aquam nimiam.

Anaſarca metaſtatica, S. ſp. 1. *a.* Anaſarca periodica. *b.* Anaſarca ab adiapneuſtia. Phlegmatia lactea, S. ſp. 3. a menoſtaſia, ſp. 5. Anaſarca urinoſa, ſp. 11. hydropotarum, ſp. 10.

2. Anaſarca (*oppilata*) a compreſſione venarum.

Anaſarca gravidarum, S. ſp. 5. Phlegmatia gravidarum, ſp. 4. cruralis, ſp. 9. Angina Loweriana, ſp. 2. Angina oedematoſa, Boerh. 791.

3. Anaſarca (*exanthematicum*) poſt exanthemata, et praecipue poſt eryſipelas, ſuborta.

Anaſarca exanthematica, S. ſp. 3. Phlegmatia exanthematica, ſp. 10. ulceroſa, ſp. 6. Malabarica, ſp. 7. elephantina, ſp. 8. Anaſarca Americana, ſp. 7.

4. Anaſarca

ANASARCA. (74)

4 Anaſarca (*anaemia*) a tenuitate ſanguinis per haemorrhagiam producta.

Anaſarca a fluxu, S. ſp. 2.

5. Anaſarca (*debilium*) in debilibus a morbis longis, vel ab aliis cauſis.

Phlegmatia vulgaris, S. ſp. 1. Anaſarca a febribus, ſp. 4. hyſterica ſp. 2. Phlegmatia hyſterica, ſp. 2. Anaſarca rachialgica, ſp. 8. Phlegmatia Delienſis, ſp. 11.

Anaſarca purulenta, S. ſp. 9. vix ad anaſarcam referri poteſt.

HYDROCEPHALUS. (75)

Capitis intumeſcentia mollis, inelaſtica, hiantibus cranii ſuturis.

Hydrocephalus, S. gen. 285. Lin. 216. Boerh. 1217.

Hydrocephalum, Vog. 384.

Species unica,

Hydrocephalus exterior, S. ſp. 2.* Lond. Med. obſ. v. 13. Med. Tranſ. ii, 18. Edinb. Med. Eſſ. iii. 22.

HYDRORACHITIS. (76)

Tumor ſupra vertebras lumborum, mollis, exiguus, hiantibus vertebris.

Hydrorachitis, S. gen. 287. Morgagn. de ſed. xii. 9. et ſeq.

Spinola, Lin. 289.

Spina bifida, Vog. 386.

HYDROTHORAX. (77)

Dyſpnœa; faciei pallor; pedum oedemata; urina parca; decubitus difficilis; ſubita et ſpontanea ex ſomno cum palpitatione excitatio; aqua in pectore fluctuans.

Hydrothorax, Sauv. 150. Vog. 311. Boerh. 1219.

Species ſunt,

Hydrothorax vulgaris, S. ſp. 3. febriſequens, ſp. 4. a ſcabie, ſp. 9.

Sequentes minus recte recenſentur, cum liquidi intus contenti neque natura, neque fons, neque ſedes, per ſigna externa dignoſci queat:

Hydrothorax chyloſus, S. ſp. 1. Willis, Pharm. rat. P. i. ſect. i. cap. 13.

Hydrothorax

* Hydrocephalum internum, antea hic recenſitum, ad Apoplexiam, ſub nomine Apoplexiae Hydrocephalicae, jam ſupra retuli.

HYDROTHORAX. (77)

Hydrothorax hydatidofus, S. fp. 5. Morg. de fed. xiv. 33.

——— mediaftini, S. fp. 6.

——— pleurae, S. fp. 7. Hoffm. iii, p. 337. Bergeron, diff. de hydrope pectoris.

——— pericardii, S. fp. 8 Morgagn. de fed. xvi. 34, 36 Senac de coeur, tom. ii. p. 349. Edinb. Med. Eff. v. 56. 58, 59.

Minus recte a Sauvagefio hic recenfetur

Hydrothorax ab omento, S. fp. 2.

ASCITES. (78)

Abdominis intumefcentia tenfa, vix elaftica, fed fluctuofa.

Afcites, S. gen. 288. Lin. 217. Vog. 314. Sag. 115. Boerh. 1226. Hoffm. iii. p. 322. Junck. 87. D. Monro on dropfy, 1765. Med. Tranf. ii. 17. Milman, Animadverfiones de hydrope, 1779.

1. Afcites (*abdominalis*) cum tumore totius abdominis aequali, et cum fluctuatione fatis evidente.

Afcites vulgatior, S. fp. 1.

Variat,

1. Ratione caufae.

a. Ab oppilatione vifcerum.

Afcites ab oppilatione, S. fp. 2. ab hepate, fp. 3. a liene, fp. 4. fcrophulofus, fp. 5. artificialis, fp. 10.

b. A debilitate.

Afcites ab exanthematis, S. fp. 8. arthriticus, fp. 9. febrilis, fp. 12. ex quartana, Werlhof. fcorbuticus, fp. 11.

c. A tenuitate fanguinis.

Afcites a fanguifluxibus, S. fp. 7.

2. Ratione liquidi effufi.

Afcites purulentus, S. fp. 21.* urinofus, fp. 22, chylofus, fp. 23. oleofus, fp. 24.

2. Afcites (*faccatus*) cum tumore abdominis, faltem initio, partiali et cum fluctuatione minus evidente.

Afcites ab ovariis S. fp. 6. ovarii fp. 19. *a.* Afcites faccatus. Hydrometra ovarii, fp. 6. Afcitus cruentus, fp. 20. Edinb. Med. Eff. v. 63. ftomachi, fp. 16. omentalis, fp. 18. intercus, fp. 14. fanguineo-intercus, fp. 26. fanguineo-peritonæus, fp. 27. purulento-peritonaeus, fp. 29.

HYDRO-

* De hifce et pluribus aliis Afcitis fpeciebus recenfitis, idem notandum eft, ac in pag. 309.

HYDROMETRA. (79)

Hypogaſtrii in mulieribus paulatim creſcens tumor, uteri figuram referens, preſſui cedens fluctuanſve; citra iſchuriam et graviditatem.

Hydrometra, S. gen. 289. Sag. 116. Boerh. 1224.

Species per externa ſigna diſtinguendae vix dari poſſunt; ſed ſequentes ex Sauvageſio recenſentur.

Hydrometra aſcitica, S. ſp. 1. gravidarum, ſp. 2. hydatica ſp. 4. Aſcites uterinus. ſp. 15. Hydrometra ſanguinea, ſp. 3. Aſcites ſanguineo-uterinus, ſp. 25. Hydrometra puriformis, ſp. 5.

HYDROCELE. (80)

Tumor ſcroti non dolens, paulatim creſcens, mollis, fluctuans, pellucidus.

Oſcheocele, S. gen. 41. Vog. 388. Oſcheophyma, Sag. gen. 44. Hydrops ſcroti, Vog. 389. teſtium, Boerh. 1227.

Species ſunt,

Oſcheocele aquoſa, S. ſp. 2. Monro in Edinb. Med. Eſſ. vol. v. art. 21. Sharp's operations and critical inquiry. Douglas on the hydrocele. Pott's remarks on the hydrocele. Le Dran, Operations de Chirurgie. Bertrandi in Mem. de l'acad. de chirurgie, vol. iii.

——— hydatidoſa, S. ſp. 3.

——— Malabarica, S. ſp. 4. Kempfer, Amoen. exot. faſc. iii. ob. 7.

§ IV. *Solidae.*

PHYSCONIA. (81)

Tumor quandam abdominis partem potiſſimum occupans, paulatim creſcens, nec ſonora, nec fluctuans.

Phyſconia, S. gen. 283. Vog. 325. Sag. 110. Hypoſarca, Lin. 218.

Species ſunt,*

1. Phyſconia hepatica,

Cl. Cuſſon. Bonet. Sepulchr. de graviditate falſa, obſ. 3. n. 8. 9. 10. Verduc, Patholog. du rachitis.

a. Schirrho-

* Species ſequentes nequaquam ad normam Noſologiae methodicae recenſentur, ſed accuratius phyſconiae ſpecies indicare difficile foret. ſaltem plus excgiſſet, quam quo nunc fruor otii. Interim Cuſſoni doctiſſimi opus ſummae ad pathologiam utilitatis repetere hic placuit.

PHYSCONIA. (81)

a. Schirrhodea. G. Segeri M. Nat. Cur. D. i. Ann. iv. obſ. 142.

b. Calculoſa Bonet. Sepulchr. de hypochondrii tumore, obſ. 5.

c. Hydatidoſa Winckerii Diſp. de hydatibus apud Bonet. Med. Septent. T. ii. p. 313.

2. Phyſconia ſplenica.

a. Emphractica Haller. Diſp. pathol. T. iv. Diſp. 109. Tulp. obſ. med. lib. ii. cap. 30.

b. Scirrhodea Bonet. Sepulchr. de ventris tumore, obſ. 34. n. 3.

3. Phyſconia renalis.

Bonet. Sepulchr. de gravid. falſa, obſ. 3. n. 7.

a. Calculoſa Plater. Obſ. l. ii. p. 449. River. cent. iv. obſ. 34.

b. Sarcomatio cyſtica Haller. Diſp. pathol. Diſp. 114.

4. Phyſconia uterina,

Bonet. ſepulchret. de gravid. falſa, obſ. 2. n. 5. 6. 7.

5. Phyſconia ab ovario,

Monro, Edinb. Med. Eſſ. tom. vi. art. 74. obſ. 1.

6. Phyſconia meſenterica,

a. Hydatidoſa Greg. Horſtii, lib. v. obſ. 33. Tulp. obſ. lib. ii. c. 34.

b. Strumoſa Bonet. ex Rudnicio de ventr. tumore, obſ. x. n. 15. Ambr. Pare, lib. vii. c. 21. Scultet, Armam. chirurg. obſ. 38.

c. Schirrhodea Marc. Donat. Hiſt. med. mir. lib. vii. c. 15. Claudin. conſult. ſect. ii. conſult. 134. Trincavelt, lib. iii. conſ. 22. Riolan. Anthropogr. lib. ii. c. 26. Morgagni de ſedib. ep. 39. n. 2.

d. Sarcomatica Bonet. Sepulchr. de falſa gravid. obſ. 3. n. 1.

e. Steatomatoſa, Barth. Cabrol. Obſ. 33. et 35. Tulp. obſ. lib. ii. c. 32. et 33. J. Lechelii apud Bonet. Med. ſept. T. ii. p. 486. Idem Collect. acad. tom. iii. p. 585. Hierne Collect. acad. tom. iii. p. 226. obſ. 166.

f. Fungoſa, Bonet. Sepulchr. de gravid. falſa, obſ. 3.

7. Phyſconia

PHYSCONIA. (81)

7. Phyſconia inteſtinalis.

a. Concreto-glomerata, Morgagn. de ſedib. epiſt. 39. n. 21. 25.

b. Sarcomatica, Fontan. Obſ. med. ſelectiores, obſ. 11.

8. Phyſconia omentalis.

Frid. Rechman Diff. de omento.

9. Phyſconia polyſplachna.

a. Schirrhodea, Fabr. Hildani cent. ii. obſ. 45.

b. Schirrhodea et ſarcomatica. Huldenreich, Miſc. Nat. C. D. I. ann. vi. et vii. p. 321.

c. Scirrhodea et adipoſa, T. Bartholin. cent. iii. obſ. 6.

d. Hydatidoſa, Volch. Coiter. obſ. anat. p. 117. Maur. Cordaei comm. 5. ad lib. priorem, Hippocr. de muliebr.

e. Hydatidoſa et ſchirrhodea, Halleri Diſp. pathol. tom. v. p. 256.

10. Phyſconia viſceralis.

Bonet. Sepulchr. de gravid. falſa, obſ. 3. Megaloſplachnos Hippocrat. Marc. Donat. Hiſt. med. mir. lib. vi. c. 2. Schenck. ex Garnero de liene. lib. iii. obſ. 9. Salmuth. cent. i. obſ. 21. Bonet, Med. ſept. lib. vii. p. 487. Bianchi Hiſt. hepat. T. i. p. 130.

11. Phyſconia externa lupialis.

Graham Tranſ. philoſ. compend. v. ix. cap. 4. p. 187.

12. Phyſconia externa ſcirrhodea.

Ger. Blaſ. obſ. med. vi.

13. Phyſconia externa hydatidoſa.

Bonet. Sepulchr. de gravid. falſa, obſ. 3. § 2. 3. 4. 11. &c. Achotzii apud Schenckium, lib. iii. de hydrope, obſ. 4. et apud Scholtzium conſ. 339. Solenandri conſ. 15. ſect. v. Riverii obſ. communicat. ultim.

14. Phyſconia ab adipe ſubcutaneo.

a. Simplex. Cl. Lieutaud Comp. med. J. Mich. Febr. apud Bonet. Med. ſept. T. i. p. 636.

b. Syphilitica, obſervante celeb. Fizes.

15. Phyſconia ab excreſcentia.

RACHITIS. (82)

Caput magnum anterius maxime tumens ; genicula tumida ; coftae depreffae ; abdomen tumidum ; caetera marcefcentia.

Rachitis, S. gen. 294. Lin. 212. Vog. 312. Sag. 120. Boerh. 1480. Hoffm. iii. 487. Zeviani della rachitide.

Variat,

a. Simplex, fine alio morbo.
Rachitis nodofa, S. fp. 1.
Rachitis Britannica,* fp. 2. Gliffon de rachitide.

b. Aliis morbis conjuncta.
Rachitis ftrumofa, S. fp. 3. Polonica, fp. 5. elephantiaca, fp. 6.

Neque rachitis calmucana, S. fp. 4. neque rachitis a caftratione, fp. 7. pro morbo haberi poteft.

ORDO III. IMPETIGINES.

Cachexiae, cutem et externum corpus pracipue deformantes.

Impetigines, S. cl. x. ord. v. Sag. cl. iii. ord. v.

SCROPHULA. (83)

Glandularum conglobatarum, praefertim in collo, tumores ; labium fuperius et columna nafi tumida ; facies florida, cutis levis ; tumidum abdomen.

Scrophula S. gen. 285. Vog. 367. Sag 121.
Struma, Lin. 284.

1. Scrophula (*vulgaris*) fimplex, externa, permanens.
Scrophula vulgaris, S. fp. 1.

2. Scrophula (*mefenterica*) fimplex interna, cum pallore faciei, inappetentia, tumore abdominis, et foetore foecum infolito.
Scrophula mefenterica, S. fp. 4.

3. Scrophula (*fugax*) fimpliciffima, et tantum circa collum,

* Minus recte pro diverfis fpeciebus ponuntur rachitis nodofa et Britannica, cum non differant aliter quam morbus incipiens et confirmatus.

collum, plerumque a reſorptione ex ulceribus capitis proveniens.

Scrophula fugax, S. ſp. 2.

4. Scrophula (*Americana*) cum framboeſia conjuncta.

Scrophula Americana, S. ſp. 5.

Neque ſcrophula periodica, S. ſp. 6. neque ſcrophula Moluccana, ſp. 8. ad genus Scrophulae pertinere mihi videtur.

SYPHILIS. (84)

Morbus contagioſus, poſt concubitum impurum, et genitalium morbum, ulcera tonſillarum; cutis, praeſertim ad marginem capillitii, papulae corymboſae, in cruſtas et in ulcera cruſtoſa abeuntes; dolores oſtocopi; exoſtoſes.

Syphilis, S. gen. 3086. Lin. 6. Vog. 319. Sag. 126. Lues Venerea, Boerh. 1440. Hoffm. iii. 413. Junck. 96. Aſtruc de lue venerea.

Species unica,

Syphilis venerea, S. ſp. 6.

Syphilis Polonica, S. ſp. 2. nequaquam ad hoc genus pertinet, et de Syphilide Indica, ſp. 3. nobis non ſatis conſtat, ut pro diverſa ſpecie ponatur.

SCORBUTUS. (85)

In regione frigida poſt victum putreſcentem, ſalitum, ex animalibus confectum, deficiente ſimul materia vegetabili recente; aſthenia; ſtomacace; in cute maculae diverſicolores, plerumque liveſcentes, praeſertim ad pilorum radices.

